









DISPUTATIO PANDECTARUM

prima

De

NATURA JURIS-  
PRUDENTIÆ ET  
STATU PERSONARUM.

quam

PRÆSIDE

MAGNO WEDDERKOPF,

D. P. P. & Collegii Juridici

h. t. DECANO,

publice proponet

GOTFR. PROSPER. JOH. HEIDEN

Ravensburgo Westphalus.

ad d. Decembris.



[KILONI,

Typis Joachimi Reumanni, Acad. Typogr.

20  
A

1672 N 2

de Jurisdictione

6

35







# DISPUTATIO PRIMA

De

## Natura Jurisprudentiæ & statu hominum.

Respondente

GOTTFR. PROSPER. JOH. HEIDEN,

Ravensb. Westph.

De Justit. & Jure,



Uri operam daturum nosse oportet, unde nomen juris descendat teste *Ulpiano in l. 1. de J. & J.* ubi id à justitia appellatum censet. Sed hæc etymologia dudum à *Goveano, Magio, Alciato, Hottomanno, Wesenbecio, Bronckorst, Bachovio* & aliis est explōsa. Quam vero substituunt à mente JCrī est aliena. Ludunt nonnunquam JCrī in Originationibus vocabulorum, uti ex mutuo, possessione, novatione, vidua & aliis videre est. Hic Dd. dupliciter considerant jus, quatenus prius fuit justitiā ut ejus causa, vel posterius, ut ejus effectus; quam disputationem *Charond. 1. verisimil.* non utiliore credi, quam illam de ovo & gallinā apud *Censorinum*. Necessitatem cognoscendi juris etymon propterea imposuit JCrī, ut juris cultor ex nomine statim discat omne suum studium ad justitiæ esse cultum referendum, ne si ejus obliviscatur in corruptionem juris evadat.

2. Justitia est habitus voluntatis non intellectus *pr. Inst. de J. & J.* Quod *Dom. Soto lib. 3. de J. & J. Q. 2. art. 1. & 4.* contra *Agricolam* tuetur, qui *lib. 2. de Invent. c. 5.* idcirco reprehendit hanc definitionem, quod non liqueat, quā ratione justitia dicatur voluntas. *Constans & perpetua*, non secundum actum exercitum, sed signatam ratione intentionis juste agendi. Atque ex iis recte ad usum fori inferitur, nullos, prout vulgo formant, casus pro amico in jure nostro dari. *Trent. 1. 1. B. Berlich. p. 2. concl. 22. §. 70. jus suum cuique*

tribu-

A



tribuendi: rectius secundum Interpretes *ad §. 1. d. t.* quam tribuens. Hoc ut præcipuo argumento utuntur illi, qui particularem justitiam hic volunt definiri, quæ si saltem ad eam spectet jus suum cuique tribuere. Verum est, hoc frequentius esse, attamen præterquam, quod ea hic intelligitur justitia, quæ societatem civilem conservat, & non solum in judicando inter privatos consistit, generaliter indefinite & absolute jus hic positum id intelligi potest, ad quod homo vel naturæ vel constituto tum sibi tum aliis obligatur. Et quo alias referendæ tot LL. ex XII. tabulis, tit. de re militari, de Secundis Nuptiis. *Strykolt Diss. 1. §. 26.*

3. Juris, quatenus est ars æqui & boni, seu systema præceptorum societatis civilis, duæ sunt positiones seu repositoria, quo reponuntur præcepta civilia: publicum & privatum. Illud ad statum rei Romanæ (vel cujusq; Reip.) spectat & in sacris, sacerdotibus & Magistratibus consistit, non constitit, uti *Revardus §. Var. 12.* qui totum illud jus Imperatorum temporibus sublatum esse perperam opinatur: quamvis libenter ex parte mutatum concedamus. Privatum singulorum utilitatem respicit *d. l. 1. §. 2.* principaliter: Utrumque collectum esse asserimus ex præceptis aut naturalibus aut gentium aut civilibus. *Duar. ad l. 5. ff. de pact.*

4. Ex hisce bene perspectis quis sibi acquirit habitum jus factio applicandi tam agendo quam judicando, qui vocatur Jurisprudencia, cujus objectum materiale sunt res divinæ & humanæ: formale seu modus eas considerandi, est justitiam circa eas administratio *l. 10. §. 1. ff. de arg. tit. C. de Sum. Trin. de S. Sanct. Eccles. de Episcop. aud. de Episc. & Cler.* Qui vero hic rerum divinarum mentionem fieri volunt ob allegatos titulos codicis ignorantiam produnt. Absurdius longe est quod *Ant. Faber* exinde neget hæreticum posse esse Jurisconsultum.

5. Est autem jus naturale secundum Ulpianum quod natura omnia animalia docuit *l. 1. §. 3. de J. & J.* Hæc definitio mire Doctorum torfit ingenia: aliis eam acriter defendentibus; aliis ut ineptam plane rejicientibus: nonnullis adhibitâ distinctione, dubia tolerantibus. Tota disputatio consistit in voce juris: quod si pro naturæ directione sumas, etiam illud competere brutis asserimus; non tamen propterea cum iis facimus, qui brutis rationem, quamvis non huma-



humanam attamen propriam adscribere audent; inter quos est Hieronymus Rorarius *Tractat. singul. de hac materia. Hugo de Roy. de eo quod justum est lib. 1. tit. 2.* Modus dirigendi hic est diversus, dum bruta necessario illi parent per modum inclinationis: homines per modum obligationis libertate obsequendi salvâ. Nec omnes actus cum bestiis nobis communes huc pertinent, sed qui præter instinctum naturæ simplicem vim quandam æquè bonique continent. Hinc edere & bibere, cacare, æquitatis specie quia destituuntur huc referri nequeunt. Ita quidem Ulpianus defenditur. Accuratè tamen loquendo, jus naturale ut rectæ rationis dictamen, solis competit hominibus.

6. Jus Gentium, est quo gentes utuntur *l. 1. §. 4. dt.* idque est duplex. Unum quod in suo formali non differt à jure naturæ: nam quod Titio & Cajo extra civitatem est jus naturæ, hoc civitatibus seu gentibus vocatur jus gentium, quatenus eo invicem utuntur. Aliud in formali suo differt, quod usu & necessitate sic exigente inter moratiores gentes pro lege quasi obtinet: quale est illud tela instrumenta bellica & fontes veneno inficere non licet, ut & hostem per sicarium interficere, ne nimium pericula ab utraque parte intendantur. Cave autem inde concludas morationum gentium consensu statui posse de controversiis æquè & justis. Distinctio inter primævum & secundarium quamvis rejicitur à Doctoribus hodiernis. *Conan. 1. Com. §. Coras. 6. Miscell. circa fin.* doctrinæ gratiâ retinetur.

7. Ex hoc Jure Gentium dominia distincta. *l. 5. eod.* intellige primævo ut *Dd.* vocant. Hoc enim ut regna condita, societates introductæ, sic & dominia civitatum invicem sunt separata. Alias mei & tui discretio in civitate ex ejus est Legibus. Confer. *Clariss. Bæcler. ad lib. 2. cap. 2. Grotii.*

8. Hinc in DEUM religio & parentes pietas. *Rom. 1. & 2.* Nuline ergo sunt Athei? Resp. nulli sunt si ignorantiam puræ negationis spectemus: verum multi pro dolor dantur, si ignorantiam prævæ dispositionis *Psal. 14. v. 1.*

9. Bella eo jure sunt introducta *d. l. 5. quod Grot. 1. de J. B. & P. cap. 2. §. 4.* de formâ eorum accipit. Verum hoc vix convenit Jcti menti. non quâ formâ consent, sed quo jure sint introducta docentis. Sed quæ hic de Jure Gentium dicuntur recte ad jus naturale



nale refert *Albericus Gentil. de J. B. lib. 1. c. 1.* quod non dispositive statuit bella, sed causative, dum alio modo dominia & societates introductas tueri non licuit adversus hominum cupiditates aliena appetentium. *Vasq. 1. Contr. c. 9. §. 5.* qui §. 7. addit, mera cupiditas, & libido, & infauista illa pronomina, meum & tuum, bella genuerunt.

10. Ex *l. 3. ht.* quam defensionis materiae sedem constituunt Dd. quaeritur. An privatus vim sibi illatam per vim oppositam possit repellerere? quod affirmamus, natura enim unicuique sui conservationem commendat. Nec armorum hic requiritur paritas, multo minus, ut primus adversarii ictus sit expectandus, cum laesio non tam ab ipso actu, quam proximâ quoque voluntate dependeat, quando alter aperte in eo est, ut me laedat. Quae omnia tamen tunc demum locum habent, si probabiliter alio modo non licet effugere periculum vide *Marium Salomonium in Repetitione hujus Legis.* Diversum ab hac est jus resistendi. Quomodo injustae executioni aut sequestrare volenti possit resisti, tradit *Mevius part. 5. Decis. 369. & 308.* vide integrum tractat de *Authoritate privata Johan Grake.*

11. Non prohiberi honoratum virum occidere cum, qui ipsi alapam impingere nititur, sentiunt Moralistae, *Azorius, Lessus, Filiucius* & alii, quod etiam eo extendit *Escobar*, ut idem liceat si quis saltem dicat mentiris. Sed vix eorum rationes id licitum esse & poenam non mereri probant. Contrarium rationibus & praesudicis defendit *Carpzov. Pract. Crim. p. 1. quest. 30.*

12. Exinde quoque deducunt Dd. periculum pudicitiae intentatum propelli posse, etiam cum inter necione intentantis. Nos distinguimus inter id quod justum est, & quod veniam meretur *Ames. lib. 5. de Cas. Consc. c. 31. q. 2.*

13. Jus civile est quod una quaeque civitas, neque in totum à lege naturali recedens, neque in totum ei serviens proprium sibi constituit. *l. 6. §. 9. ht.* Ejus distinctio in inerum & mixtum rejicitur, eum nullum sit jus civile, quod fundamentum non habeat aliquam legem naturalem *Author de Princip. Justi & Decori pag. 18,*

14. Hoc jus distribuitur inscriptum & non scriptum *d. l. 6. §. ht.* Jus scriptum Romanum est lex in genere, continens legem in specie, plebis citum, Sctum, placita Principum, Magistratum edicta, &



ta & Responſa prudentum §. 4. *Inſt. ht. l. 6, 7. & 8. ff. eod.* Jus non ſcriptum conſuetudo vocatur. Ut vero illud expreſſo populi (vel legiſlatoris) conſenſu, ſic hoc tacito inducitur *l. 32. ff. de LL.* Cum enim hæc diſtinctio non à formâ (quæ eſt vis & authoritas obligandi) uti decebat, ſed accidenti tantum ſit deſumpta, merito rejicitur communis Dd. opinio de ſcripturâ legis ſubſtantiâ. Scriptum hic eſt, quod ſancitum, non quod manu exaratum. Legum enim genus ſcribendi arte antiquius. *Hebbes de Civec. 14. §. 14.* Tribonianus tamen in §. 10. dum huic diſtinctioni ſive probandæ ſive illuſtrandæ Lacedæmoniorum & Athenienſium inſtituta aſſert, non poteſt non Dd. ſententiæ patrocinari.

### De Origine Juris.

15. Hujus juris originem, ut & Juris prudentum ſucceſſionem tradit *Pomponius in l. 2. ht.* ſimulque Magiſtratum oſtendit initia, qui apud Romanos ejectis Regibus variis ſub nominibus veniebant Conſulum, Cenſorum, Dictatorum, Magiſtrorum Equitum, Tribunorum militum, Tribunorum plebis, Ædilium, Quæſtorum, Prætorum aliorumque, qui pro Reip. uſu fuere creati, donec iterum in unum recideret Principem ſumma poteſtas; quo tempore nomina quædam retenta, alia tamen fuere mutata ad ejus placitum. Horum omnium munia latius tradunt *Rofinus, Dempſterus, & nuperrimè Kipping.* In iſtis 14. titulis hujus libri agitur de Magiſtratibus quomodo ſcil. ad Alexandri Severi tempora, hiſque proxima fuere: nam ſequentium Imp. ætate Magiſtratum alia exiſtit facies, quod ex libro I. & tribus poſterioribus codicis videre eſt. Imprimis videatur liber qui inſcribitur *Notitia Imperii* & quæ ad eum commentatus eſt *Panciroll.* Quæ hodierna Imperii facies ex publici Juris ſcriptoribus addiſcitur. Cæterum multis ſcatere erroribus Pomponium dudum demonſtrarunt in ſuis ad eum commentariis viri docti. *Zafius, Cuius, Budæus, Bachovius* & poſt hos *Rupertus.* Clariff. Virorum *Taboris & Conringii* certamen, num JCrum inter & Jurisperitum ſit diſtinctio componere tentat nuperrimè *Eckholt. Com. ad Pand. ht.* diſtinctione inter Juris publici & privati prudentiam. Horum Jurisconſultorum reſponſa ab Auguſto tantam vim acceperunt, ut non liceret Judici ab eis recedere §. 8. *Inſt. de J. N. G. & C. l. 2. §. 47. ht.* quod hodie non obtinet. *Pax Scala. de Conſil. Sapient. lib. 3. c. 25.* In



quibusdam tamen causis criminalibus *art. 160, 165, & ult. O. Crim. Carpz. Prax. Crim. p. 3. q. 116.* uti & in nonnullis locis etiam in civilibus, unâ vel alterâ litigantium petente parte, Judex ex lege, vel statuto, vel consuetudine, acta judicialia ad collegium Jctorum mittere, & secundum illius responsum sententiam ferre tenetur; adeo ut sententia aliter lata sit ipso jure nulla. *Scala. lib. 4. cap. 1. Reneman de Transmiss. Actor. cap. 1. §. 18, cap. 4. §. 22. cap. 10. & seq.* Et solet hæc formula sententiæ in seri: *ex vel de consilio Jctorum seu habito super eo consilio peritorum.* *Bus. ad. l. 2. de Orig. Jur. Tiraq. Tract. cessante causa Limitat. 20. §. 32.* Idem de communi opinione dicendum, nisi in foro probata. *Vaud. 1. Quest. 10. Caphall. Com. Opin. cont' Com. q. 1. contra Dd. in C. Novimus. de V. S. Bocer. class. 1. Disp. 3. §. 34.* Eam tamen vel saltem duorum probatorum Jctorum sententiam secutus, in expensas non condemnatur, si succumbat. *Gail. 1. O. §. 1. §. 6. Frantz. ad ff. de O. J. §. ult.* Res perpetuo similiter judicata legis obtinent vigorem. *l. 12. de Off. Pres. l. 13. C. de Sent. & Interl. l. 37, 38. de LL. vel si sententia à Principe sit lata, quæ forte jus facit inter omnes. Sand. Præfat. ad Decis. Fris. Gronw. ad L. fin. Cod. de LL. Sane ipsis Cameralibus per Reces. de anno 1579. injunctum notat Reinking. de R. S. & E. 2. 2. 14. 78. ne contrarium definiant ab his, quæ in pari causâ communibus suffragiis antea decisa fuerunt.*

#### De Legibus.

16. Legis condendæ potestas ei soli competit cui Majestas: quæ prius penes populum *l. 32. de LL.* postea in Principem cessit *l. 2. §. 13. de O. J. Tac. 1. Annal.* per legem, quæ posterioribus temporibus fors Regia est vocata *Ungebaur. Ex. 2. q. 4. Justin. Eccard. Dissert. sing. de L. Regia.* Hinc quod Principi placet (ita ut jus fieret, non si contraxit, cui non obstat *l. pen. C. de donat. int. vir & ux. Bach. ad Tr. 1. n. §. H.*) legis habet vigorem *§. 6. Inst. de J. N. G. & C. l. 1. de Constit. Princip.* generaliter, rescribendo ad consultationem vel relationem illorum, vel privatorum preces, qui Principi supplicarunt emissum. *l. ult. C. de Rescript.* de jure civili cum clausulâ si veritate nitantur, preces, *l. 7. eod.* quæ jure Can. subintelligitur. *c. 2. de Const. Princip.* quod & hodie observatur *Carpz. p. 1. c. 16. d. 18.* etiam si clausulæ, ex certâ Scientiâ: *omnibus exceptionibus remotis: vel motu proprio,* sint additæ *Trentacinq. lib. 1. Tit. de Rescript. Res. §.* Decernendo inter



ter partes litigantes: Edicendo proprio motu: *l. 1. §. 1. ff. de Const. Princ. l. 3. C. de LL.* Singulariter personis vel rebus quid concedendo, quod privilegium dicitur. *l. 196. de R. J.* quod ad exemplum non trahitur, & interpretandum est latissime, respectu concedentis *l. 3. de Const. Princ.* strictissime, respectu tertii, *arg. l. 2. §. 10. & 16. Ne quid in loco publ.*

17. In Imperio Imperator & status leges condunt, quia penes eos Majestas *R. J. de an. 1512.* quæ appellantur Reichs-Abscheide / quibus plerumque hæc inferuntur formalia: Und haben wir uns mit den Ständen des Reichs / und sie sich hinwiederum mit uns verglichen. *Paurm. de Jurisd. l. 4. §. 39.* Status in suis territoriis in quibus tantum valent, si non plus quam in Imperio Imperator, locales Leges condere possunt. *Gail. de Arrest. c. 9. §. 1.* etiam contra jus commune, non vero Imperii sanctiones. *Klock. de Contrib. c. 5. §. 160.* quæ licet posteriores iis derogant. *Bets. de pact. fam. c. 2.* nisi ab aliquo Statuum contra sit protestatum, uti à Principibus Sax. in successione Nepotum *Reces. de an. 1529. Schurff. 3. Cent. Cons. 37.* Imperatoris confirmatio non requiritur de necessitate. *Bets. d. l. Heig. p. 1. q. 23. §. 31.* De statutis opificum *Richter Decis. 80. p. 2. §. 6. & 44.*

18. Leges obligant omnes subjectos & ad scientiam *l. 9. C. de LL.* & obedientiam *l. 2. ff. l. 3. C. eod.* quibus Princeps tam quoad vim directivam quam coactivam est solutus. *l. 31. dt.* Nam idem esset obligatus & obligans, & frustra quis sibi esset obligatus, quia liberare se arbitrato suo potest; & qui hoc potest jam actu est liber. Sæpe vel ab initio vel ex post facto sponte se legi subjicit. *§. fin. Inst. quib. mod. test. infirm. l. 3. C. de Test. l. 7. C. Qui test. fac. l. 4. C. de LL. l. 3. §. 2. ff. de Inoff. test. l. 23. de Legat. 3. adde Can. 2. dist. 9.*

19. Feruntur de rebus futuris non præteritis *l. 7. C. de LL.* nisi id nominatim lege est expressum. *l. unic. C. de Contract. Judic. vel priorem declarat. l. 21. §. 1. ff. Qui test. fac. Gail. 2. O. 9.*

20. Conceptæ sed nondum promulgatæ nec scientes ligant. *arg. l. 32. §. 1. ff. de LL. l. 9. C. eod. Nov. 66. c. 1. c. 3. dist. 4.* Et hoc de substantiâ legis asserit ex omnium Dd. sententiâ *Thesaur. Decis. 249.* de hoc eleganter *Hobbes. de Cive. c. 14. §. 13.* Post promulgationem adhuc duo supersunt menses *Nov. 66. c. 1.* intra quos ut plurimum in notitiam veni-



venire possunt, ne ignorantiam, quis prætendat. *Theaur.* ... ubi  
idem addit de statutis à quo multi recedunt citati *Grönw. ad d.*  
*Nov. 66.*

21. Quæ contra Leges fiunt sunt ipso jure nulla *l. 5. C. de LL.*  
licet iis nulla clausula annullatoria sit addita *Giphan. ad d. l. 5.* modo  
non suppeditetur remedium rescindens, vel alia legislatoris mens ali-  
unde appareat. *Trentacinq. lib. 1. tit. de LL. Resol. 1. §. 4. & seq.*

22. Jus non scriptum est consuetudo, *l. 32. ff. de LL.* cujus re-  
quisita communiter *Dd. 4.* statuunt: 1. ut adsit tacitus consensus le-  
gislatoris *dl. 32. l. 35. cod.* qui elicitur ex eo, quod diuturnis actibus  
non contradixerit. *arg. l. 18. ff. mandati Gail. 2. O. 32.* nec desinit esse  
consuetudo, si postea in scripturam redigatur memoriæ forsan causa,  
cujusmodi sunt usus feudorum, nisi id fiat à personâ potestatem legis  
condendæ habente & talem condere volente, quo casu consuetudo,  
naturâ ejus, immutatâ, constitutionis nomen & naturam induit. *§. 6.*  
*J. de J. N. G. & C. l. 2. §. 11. de O. J. 2.* ut sit rationalis; quod ta-  
men iudicis arbitrio in foro soli permittitur. *Gail. dl. legem naturæ of-*  
*fendere nequit;* sed recte jus gentium & civile. Multâ itaque cautio-  
ne est opus, inquit *Bach. ad Tr. 1. l. 9. B.* cum rationem ad essentiam le-  
gis vel consuetudinis requiri dicimus. 3. Actuum frequentia *l. 1. C. Que*  
*fit long. consuet. l. 3. de privat. adific.* unicus licet manifestus & tractum  
habet successivum, non sufficit. *Trentacinq. lib. 1. tit. de Consuet. Resol.*  
*unic. nec duo. arg. d. text.* sed iudici permittitur æstimare, an ex iis col-  
ligi possit tacitus legislatoris consensus. *Trentacinq. dl.* In praxi duo  
probatî sufficiunt, modo longissimo tempore contrarium non sit ob-  
servatum. *Carpz. p. 2. c. 3. d. 22. §. ult.* Debent esse publici non clande-  
stini *l. 39. ff. de LL.* non interrupti; *Myns. 6. O. 41.* judiciales vel extrajudic-  
iales, quamvis promptius per hos possit probari *l. 34. ff. cod. 4.* Temporis diuturni-  
tas, quam alii decem alii plurium annorum esse volunt; cujus tamen determina-  
tionem iudicis arbitrio relinquunt *Menoch. A. 1. Q. cas. 83.* quia in facto potius  
quam jure consistit, & quandoque plures actus breviori tempore fieri possunt. In  
foro Saxonico requiruntur 31 anni & dies unus *Carpz. p. 2. c. 3. d. 21.* Verum si  
penitus intueamur *LL. nostras,* videtur saltem unicum requisitum hoc necessa-  
rium esse, tacitum populi consensum, & ad ejus probationem saltem spectare quæ  
*Dd.* requirunt *Caddaus ad l. 32. de LL. per l. 33. cod. & l. 1. C. qua fit long. con-*  
*suet.* Quomodo autem probetur ab allegante, quia est facti. *Gail. 2. O. 31.* docet  
*Coler. de Proc. Exec. p. 1. c. 3. §. 34.* Nec iudici *Carpz. 1. Decis. 3.* nec Doctori  
quamvis eximio de eâ testanti creditur. *Mascard. Concl. 425.*



23. Effectus consuetudinis idem ac legis *l. 35. dt.* quam pro-  
pterea in *l. ult. C. quæ sit long. consuet.* dicitur imitari. Abrogat le-  
gem eiq; derogat; non tamen eam vincit. *l. 2. eod.* ratione authori-  
tatis seu obligationis, sed usus posterioris *Dn Strauch. Dissert. 1. §. 10.*  
Neque omnis clausula derogatoria legi addita contrariam consuetu-  
dinem impedit, uti sentiunt multi citati *Gabriel 6. Com. conclus. tit.*  
*de Claus. conclus. 3. §. 39.* sed ea tantum, quæ in futurum est concepta  
*art. 218. O. Crim.* nisi nova supervenerit causa *Covar. 3. Resol. 13. §.*  
*4.* aut præteritam aut præsentem ut iniquam damnet. *Covar. dl.* ut in  
*Aurb. Navigia C. de Furt.* Simpliciter posita: *non obstante quâcunque*  
*consuetudine:* futuram non impedit. *Dn. Richter p. 2. Decis. 83. §.*  
*155. Covar. dl.*

24. Affinia sunt observantia, aliàs usus legis interpretativus,  
qui unico inducitur actu, ex quo, si frequens, tandem oritur consue-  
tudo: Hinc peritus Advocatus potius de observantiâ, quam consue-  
tudine format libellum *Treutl. 1. 1. 5. B.* De ejus effectu *Ludovif.*  
*concl. 38. p. 255.* Stylus curiæ qui constantem judiciorum ordinem  
docet *Finckelth. Obs. 74.* vim legis habet, & est practica confirmata.  
*Alex. lib. 7. conf. 58.*

25. Æquitas dicitur quidem jus non scriptum, sed alio respe-  
ctu, quatenus est pars juris naturalis, quod non ex placito hominum  
ut consuetudo valet. Distinctio *Dd.* in scriptam & non scriptam ex  
*l. 8. C. de Jud.* falsa est: quia omnino scribi nescit ut juris positivi  
quædam mitigatio, Exemplum est in *l. 12. §. 1. Qui & à quib. ma-*  
*num. junct. l. 31. C. ad L. Jul. de Adult.* tum quia in vetustis codicibus  
vox *scripta* in *dl. 8. deest. August. 4. Emend. 8.*

#### De Statu Hominum.

26. Inter juris objecta quæ *S. fin. Inst. de J. N. G. & C.* recen-  
sentur, primum locum obtinent personæ. Ea vox proprie id denotat  
quod Græcis est *ἄνθρωπος* & ad fabulas agendas assumebatur; mox  
ex scenâ ad vitæ civilis munia transit. Hic hominem significat, quod  
apparet ex collatione tituli *ff. de Statu hominum* cum titulo *Instit. de*  
*Jure Personarum.* Summa hominum divisio, quatenus sunt in civitate,  
est, quod sint vel liberi vel servi. *l. 3. ff. dt.* Quod personæ vocem ut  
quid civile servis deneget *Vultejus* displicet. Recte *Bachov. ad Inst.*  
*bt.* duplicem in servis considerat *ἄνθρωπος* seu relationem, In liberta-

B

tis



is definitione vocabulum naturalis innuit, ibi locomotivam facultatem intelligi; quæ deinde duplici necessitate constringitur naturali & morali, ita ut illud *Nisi* plane non admittat istud *Quantumvis* vel *maxime*, uti visum fuit *Bach. ad 7. ht.* Servitutis definitionem nuper in *Observat. Theoret. Pract. ad §. 2. Inst. de Jur. Person.* satis contra *Muretum & Arnisaum* defendimus. Nec servitus absolute considerata libertati relatè dominio opponitur: semper includit libertatis privationem & simul respectum ad dominum; à quo respectu ne quidem per mentem abstrahi potest. Hanc natura non constituit sed permittit. Aristotelis opinio, hebetis & obtusi ingenii hominem naturà servum appellantis, quoad gubernandi potentiam, non vero statum admitti potest.

27. Servi nascuntur ex ancillis nostris, cujus ratio in *l. 49. de R. V. Ecclesiarum ministris. C. cum multe 15. quest. 8. junct. cap. 205. Dist. 32. ut fiunt.* Fiunt jure gentium captivitate, §. 4. *Inst. §. 1. §. 6. 1. ht.* in bello justo. Hinc bello civili aut à latronibus captus non est servus *l. 21. §. 11. de captiv. & postlim. l. 24. eod.* Civili per venditionem sui ipsius *d. text.* ad quam tamen venditionem requirebarur, ut esset 1. liber homo. 2. ut consentiret. 3. ut esset major 20. annis 4. ut ad participandum pretium facta esset venditio. *l. 9. §. 4. ff. de Minor. Cicero in Paradox. Glos. in verb. Major.* quod *Vasquio 1. Contror. lib. 1. c. 9. §. 11.* videtur simile monstro, cum ne minimum vendat prædium & *Bach. ad §. 4. Inst. ht.* durum, non dari restitutionem. Sed hæc servitus non tam vi venditionis, quæ nulla foret, quam in pœnam vendentis, valet. Atrocitate sententiæ quis quoque fit servus. *l. 8. §. 4. l. 29. de pœn.* sed videatur *Nov. 22. c. 8 & 9.* Tandem, ingratum revocando in servitutem. *l. 2. 3. & 4. C. de Libert. & lib. eor.* vide *Nov. 78. c. 2.* quod *Cujacius 1. O. 33. & 21. O. 6.* Pandectarum jure obtinuisse negat, quod refutat *Bach. Corn. ad ff. de stat. hom. cap. Quib. mod. servit. constit.* Eà quoque afficitur, qui in exercitu conscribendo citatus non respondeat. *l. 4. de Re milit. Cic. pro Cacin.* olim mulier libera se jungens servo. *l. 1. de Ser. Claud. toll.* Famulatu quamvis longissimo non inducitur. *l. 6. C. de Ingen. manum.* cum adversus libertatem non currat præscriptio *l. ult. & 11. C. de Præscript. qua advers. libert.* Servitutem hanc Imp. constitutionibus temperata



tam haud absurdè reducendam hodie suadent *Bodinus. Zanchez. conf. Mer. l. 10. c. 1. Busbeq. Epist. 3. Alciati rationes contrarias in l. 118. de V. S. sat elumbes reddidit Bach. dl. Adscriptitii sunt, qui certâ mercede, cum lege perpetuo colendi certos agros cum posteritate operam addicebant, propterea glebæ adscripti dicti; quibus fere comparantur proprii nostri homines. Husanus. de Propr. Hom. Stam de Servit. Pers. lib. 3. Gail. de Pignor, O. 8. Mavius Tract. vom Absolg der Bauersleute.*

28. Servorum conditio una eademq; erat §. 4. *Inst. ht. si publicos excipias, qui testamenti habebant factionem. Ulp. de Testam. officia vero diversa, unde ordinarii, vicarii & mediastini. l. 15. §. 44. de Injur. vide plura in Observ. Nostri ad Inst. tit. 3. de Jur. Pers. adde Turneb. 3. Adv. cap. ult. In liberis hominibus differentia erat. vel Ingenui sunt vel libertini. l. 5. pr. ht. hi justâ manumissione tales fiunt l. 6. eod. Quæ ex constitutione Justiniani facit cives Romanos & ingenuos quoad munera honoresque, non vero quoad veritatem & jus patronatus Nov. 79. c. fin. & ibid. Cujac. uti & in Nov. 12. circa finem.*

29. Naturaliter hic distinguuntur homines in mares & fæminas, non obstante *Cujacio 6. O. 21. per l. 38. §. 5. de penis ibi mulier aut homo. Sed hic non adversativè sed relativè opponuntur Gadd. ad l. 1. de V. S. videatur l. 152. eod. In multis fæminæ sunt melioris, in aliis deterioris conditionis. Carpz. de Jur. Fæmin. Pruckman de Different. utriusque sexus. Hermaphroditus quem dari negat *Const. Varollius lib. 4. Anat. c. 4. quem sequitur Mercurialis de Hom. Generat. c. 20. huic sexui adjudicandus, qui in eo prævalet. l. 10. ht. quod docet Giga de Crim. Les. Majest. 3. q. 16. sect. 15. Plura vide apud Speckhan. cent. 1. q. 76. In dubio eum masculis accenset & feudi capacem declarat Wesenb. ht. §. 3. Jure Sax: infamis habetur feudi & testimonii incapax. Zobel p. 3. differ. 24. Monstruosi partus hinc non pertinent. l. 14. dt. quam cum l. 135. de V. S. ibi conciliat Gaddaus quin & ad l. 38. eod. docet, eos hodie Magistratus jussu solere suffocari. addatur Michael de Luna de Rationis Imperio lib. 2. c. 5. ubi eleganter de varii generis portentis.**

30. Ratione nativitatis in nascituros & jam natos. Qui in utero est pro jam nato habetur in iis, quæ commodum concernunt &

B 2

in tem-



in tempus nascendi possunt conferri *l. 7. bt.* ex quâ varias quæstiones  
decisas vide apud *Tiraq. de Reract. consang. S. 1. glos. 9. S. 77. & seq.*  
adde *l. 26. eod.* Non obstat *l. ult. de collat.* *R.* incertum fuit, an na-  
sceretur, & sic non ante opus erat collatione *Alphonsus à Caranza*  
*de Partu legitim. c. 2.* Matri prodest, ut pæna dictata differatur usque  
dum enixa est. *l. 18. bt. l. 3. de pen.* nec torturæ subijci, nec terreri de-  
beat, etiamsi novissimè conceperit. Talem tamen remissâ fustigatio-  
ne in perpetuum exilium mitti posse, contra *Theodor. Colleg. Crim. d.*  
*9. tb. 10. C.* responderunt *J. Cti Jenenses Richt. 1. Decis. 7.* Natus ita ex  
sententia *Hippocratis l. 12. bt.* circa initium septimi mensis usque ad  
exitum decimi vel undecimi initium legitimus censetur *l. 3. S. pen.*  
*de Suis & Legit. hered. arg. Nor. 39. c. 2.* Et hanc constantem Me-  
dicorum sententiam & secundum eam quotidie pronunciari asserunt.  
*Carpz. p. 4. c. 27. d. 13. Dn. Richter. p. 2. Decis. 89.* à quâ cum paucis-  
simis recessit *Zachias Quæst. Med. Legal. tit. 2. q. 2. S. 7.* adde *Fa-*  
*brott. Exercit. 1.* Sic sexto mense natum illegitimum pronunciavit  
Senatus Gratianopolitanus *Autum Confer du droit hic.* & duodecimo  
post mortem patris legitimus Senatus Frisicus, quia mater non pro-  
babatur impudice vixisse. *Sand. lib. 4. tit. 8. def. ult.*

#### De his qui sunt sui vel alien. jur.

3 1. Alia subjicitur hominum divisio in sui vel alieni juris  
subjectos *tit. Inst. & ff. de his qui sunt sui vel alien. jur.* qui hic con-  
siderantur quoad effectus exinde resultantes; quomodo Tribonia-  
num excusari posse multi volunt à repetitione ejus quod jam ante do-  
cuerat. Hi aut in dominica aut patria sunt potestate. Illi in tutelâ  
vel cura vel neutro jure tenentur *pr. Inst. de Tutel.*

3 2. In potestate autem dominorum sunt servi, & quicquid  
acquirunt domino acquirunt *S. 3. & 4. Inst. Per quas pers. acquir.*  
Num autem apud omnes gentes peræque Dominis fuerit jus vitæ &  
necis dubitare jubent *Bodin. 1. de Repub. 5. & Grot. 2. de J. B. & P. 15.*  
ubi multos recensent populos, qui hoc jure non fuere usi:  
quod & deinde Antonini constitutione est restrictum: nisi potius,  
quod Hadriano à Spartiano tribuitur, iterum in usum revocaverit, vel  
ordinariâ Cornelie legis pœnâ in dominos sine causâ servos occiden-  
tes statutâ. *l. 1. S. 2. bt. junct. l. 23. S. 9. ad L. Aquil. l. 1. S. 2. ad L.*  
*Corn. de Sicar.* Imo servis contra dominorum intolerabilem asperi-  
tatem



tatem confugiendi licentia erat ad ædem sacram aut Principis statum, quo bonis venderentur conditionibus. Verum ad pristinos mores rediisse Romanos conjicere licet ex *tit. C. de Emendat. Servor.* Ob immodicam sævitiam hodie quis jurisdictione privari potest in totum *Gail. 1. O. 17. Mynf. 5. O. 8.* vel ad tempus. *Manz. Decis. quest. 20. §. 13.*

33. In patriâ potestate sunt filii fam. *l. 1. bt. &* quidem duplici modo; absoluto nimirum per nuptias *l. 3. cum seq. l. 1. de stat. hom. §. per Inst. de Nupt.* Remisso per legitimationem *8. ult. Inst. eod. Nov. 74. §. 89. cap. 1. &* adoptionem *l. 1. §. 2. de Adopt. pr. Inst. eod.* Et hanc potestatem non tam civili, quam naturali jure patri adscribit communis *Dd. schola*, reservatâ matri saltem reverentiâ debitâ. Sane ex generatione jus æquè matri competit, si non majus, quia infantem gestavit & omnium prima in potestate habuit. Accedit quod pater non possit sciri, nisi indicio matris, saltem eâ certitudine, quâ res facti probantur. Præstantia sexus, quam *Grotius* urget, nihil facit, si omnes homines natura fecit æquales. Et evenit sæpe, ut marito viribus inferiori imparet mulier, vel certo pacto sibi adsciverit maritum, uti de illustribus & Amazonibus legimus. Ex pacto itaque inito apparet, cui imperium competat in prolem, imprimis extra civitatem. In civitate vero ut plurimum masculorum consensu constitutâ dubium non est, hoc imperium sibi viros reservasse, in quod tacite mulier nubens videtur consensisse. Sic apud Romanos citra tale pactum genitus ventrem sequebatur. *l. 24. ff. de stat. hom.*

34. Ex quibus apparet recte *Cajum* in *l. 3. bt.* hoc jus proprium civium Romanorum appellare: quia illi saltem justas censebantur contrahere nuptias *pr. Inst. de Nupt.* Dedititii, latini, peregrini quibus jus connubii non erat permissum, patriam potestatem non habebant: quin etiam civis amisâ civitate eam non retinebat. *tt. Inst. quib. mod. jus pat. potest solv.* Non enim hujus qualitas ut *Vacon à Vacun Declarat. 8.* sed ipsa patria potestas est à jure civili, ut patet non tantum ex modis eam constituendi & dissolvendi, qui omnes à jure civili sunt, sed & expressis textibus. *l. 3. 4 & 5. ff. bt. §. 2. Inst. de PP.* Quod dilucide magis explicat *Dn. Strauch. Diss. 2. §. 3.* Non enim hic nuda & simplex est juris civilis approbatio, ut in contractibus *§. 2. Inst. de*



**J.N.G. & C.** Sed ut causa socia concurrat ad ejus productionem cum jure gentium, imo majorem efficaciam contribuit & sic pro causa proxima quasi habenda. *Frantz. Ex d. 6. q. 1. §. 6.*

**35.** Vigore hujus potestatis pater olim jus vitæ & necis in liberos habebat. *l. 1. ad L. Pomp. de Parric. l. 11. de lib. & posth.* imo plus in eos quam in servos poterat, cum illi bis venditi & manumissi in patriam redirent potestatem *Halicar. lib. 2.* Merito vapulat *Bodinus 1. de Rep. 4.* qui hoc in Remp. Christianam reducendam suadet. Verum id postea sublatum. *l. 3. & 4. C. de PP. §. 1. Inst. Per quas pers. acq. ratio est in l. 5. ff. ad L. Pomp. de Parric. relicta emendatione. l. 3. C. de PP. l. unic. C. de Emend. propinq. & distractione in casu summæ necessitatis l. fin. C. de Pat. qui fil. distrax. ubi cum Halandro legendum sanguinolentus, ut hoc referatur ad patrem, qui τὰ ἀλάγχνα & viscera sua, ut loquitur *Basilius in Sermon. τῆς πλεονεξίας* vendere videtur; nimis frigide inferitur recentes natos hic saltem intelligi. *Bach. 2. de Pign. c. 12.* Quas distractiones & jus divinum probat. *Ex 21. 7. de aliis gentibus Grot. de J. B. & P. 2. §. 5. §. 5.* quæ tamen ab usu hodierno recesserunt *Gronw. ad dt. C. ad de Christ. 3. Decis. 65. Covar. 3. Var. Resol. 14.* Alii effectus sunt, quod patri acquirant §. 1. *Inst. per quas pers. cuique acq.* pater iis pupillariter substituatur, *pr. Inst. de pub. substit. tutorem constituat. §. 3. Inst. de Tutel.* injuriam filiis illatam remittat *l. 17. de Injur.* ab iis sine veniâ in jus vocari nequeat. *l. 4. §. 1. de in Jus voce.* absque ejus consensu in judicio non stent *l. ult. C. de bon. quæ lib. nec matrimonium contrahant pr. J. de Nupt. nec ex mutuo se obligent. l. 1. & 11. ad Sc. Maced. imo censeantur pene una persona §. 4. de Stipul. l. fin. C. de Impub. substit. & sic non obstant l. 10. §. 1. de Fidejus. l. 77. de Jud.**

**36.** Legitimatio legis est actio *Nov. 74. & 89.* quâ liberi consentientes *d. Nov. 89. c. ult.* vel ratum habentes *l. ult. h.* in potestatem patriam instar legitimorum rediguntur, eaque contingit aut per subsequens matrimonium *l. 5. 6. 10. & 11. C. de Natur. liber. §. fin. J. de Nupt. Nov. 117. c. 2. Cujac. 13. O. 4.* etiam in extremo vitæ articulo & non interveniente sacerdotali benedictione *Mæv. p. 2. Decis. 81.* cujus duæ exceptiones apud *Bach. ad Tr. 2. 16. 2. A.* juxta  
quas



quas in camera pronunciari testatur. *Gail. 2. O. 141.* etiam si aliud inter medium fuerit matrimonium. *Forst. de Succes. ab intest. lib. 6. 23.* Dotalia instrumenta non tam ad essentiam, quam majorem probationem maritalis affectus requiruntur. *Frantz. Ex. 2. q. 8.* aut Principis rescriptum ad preces patris vel filii *Auth. Præterea C. de Nat. lib. Nov. 89. c. 9.* hodie etiam Comitis Palatini. *Mund. de Com. Palat. cap. 3. n. 97.* exstantibus quamvis liberis iustis. *Gail. 2. O. 142.* aut curiæ oblationem *Nov. 89. c. 2.* qui modus in nostra Republica non obtinet *Dn. Struve hic. Gronw. ad §. fin. de Nupt.* Matrimonii effectus major quam rescripti: dum ex illo in feudum succedi non vero hoc *Id. volunt, nisi expresse ad hoc legitimatus Gothof. ad 2. F. 26. §. naturales.* Et quamvis ex illo §. potius contrarium appareat *Præxin* tamen ita servare testatur *Gail. 2. O. 340.* etiam si feudum esset pro legitime natis. Quo non recte referri præcoces *fruhlinge ex l. 119 C. de. probat. hic Eckholt.*

### De Adoptionibus &c.

37. Adoptio est legis actio *l. 1. C. de Adopt.* quæ qui filius non est, filius efficitur *§ 4. & 8. Inst. de.* Ejus duæ sunt species: Adoptio, quæ fit Magistratus, apud quem legis actio, imperio. *dl. 1. C. l. 2. ff. eod.* & Arrogatio, quæ fit rescripto Principali. *dict. text.* Illæ adoptantur, qui sunt in potestate parentum, *dl. 2. & §. 1. Inst. hic.* hæc qui sunt sui juris *d. jur.* Arrogatus patris arrogantis potestati cum omnibus suis bonis & liberis subicitur. *dl. in fin. 8. 11. Inst. hic.* Adoptatus non item, nisi ab ascendente puta, avo materno fuit adoptatus *§. 2. Inst. & l. pen. C. eod.* quod contra veteris juris observationem introduxit *Imp. Wesenb. hic. §. 6.* jus tamen succedendi ac intestato consequitur *d. text.*

39. Isti adoptivi non per omnia assimilantur ex iustis nuptiis procreatis, imprimis ubi subjecta materia naturales intelligendos esse suadet. In Lege Papia non profunt. *l. 51. §. 1. de Legat. 2.* Fideicommissum præstandum si sine liberis non excludunt. *l. 76. ff. de C. & D.* excusationem à tutelis non præstant. *pr. Inst. de Excus. Tutor.* non succedunt in feudo. *2. F. 26. §. adoptivus. Gail. 2. O. 136. §. 13.* cognationis jus non acquirunt. *l. 23. ht. num dignitatis & nobilitatis ita videtur ex l. 13. ht. l. 5. ff. de Senat. Cuiarius Consul. 56.* distinguit inter gentem & genus, quasi adoptio non mutat genus aut ex  
igno



ignobili reddit nobilem, sed gentem id est familiam & nomen tribuit. Hodie cum solius sit Imperatoris vel quibus hoc speciali ab eo concessum privilegio, in Imperio nobilitare, inutilis censetur ea questio. *Tiraq. de Nobil. cap. 15. Bach. hic. hic.*

39. Adoptare femina nequit, quia liberos in potestate non habet §. 10. *Inst. b* nisi ex indulgentia Principis in solatium liberorum amissorum *d* §. 10. forsan ex jure trium liberorum, quod multis prerogativis fuit honoratum *l. 5. C. hic.* de quo jure *Lips. ad 3. Annal. Tac.* Non tamen inde ipsi jus potestatis, sed tantum vocandi filium qui succedat, acquiritur *Dd. ad d. §. 10.* Non obstat *l. 33. de Vulg. & Pupill. substit.* quia de vulgari non pupillari substitutione loquitur, ut ex casu ejus apparet. *Donell. 6. Comm. 25. ibique Hillig. lit. L.* Ipsa tamen arrogari olim non potuit. *Ulpian. in frag. tit. 8.* quamvis hodie tam ejus quam pupilli arrogatio ex rescripto Principali admittatur. *l. 20 & 21. bt.* ita tamen, ut arrogator caveat se bona ejus restitutum esse his, qui ipsi ab intestato sint successuri, si intra pubertatem decedat. §. 3. *Inst. hic.* quod non permittitur tutori. *l. 17. ff. bt.* Et si sine justâ causâ fuerit emancipatus vel exhæredatus, una cum suis bonis quartam partem omnium bonorum arrogatoris accipit *d* §. 3. *l. 22. pr. & §. 1. bt. l. 2. C. eod.* Dissentit *Bach. ad Tr. 1. 2. 9. E. vide Frantz Ex. 2. q. 9.* Minor 60. annis non nisi ex justâ causâ adoptat *l. 15. §. 2. bt.* Et quia naturam imitatur adoptio nemo potest adoptare nisi 18. annis adoptatum præcedat *l. 40. §. 1. bt.* & generare possit. §. 9. *Inst. hic. l. 16. eod.* quod de castratis certum, non vero spadoniibus in specie sic dictis. Sed quid de thlasiis, quibus testiculi sunt fracti; thlibiis, quibus attriti, dicendum? *Vult. ad §. 9. eos adoptare posse putat.* Theophilus verò rectius negat, quod ii ne sperare quidem unquam possint, ut liberis dent operam *arg. l. 5. ad L. Cornel. de Sicar.*

40. Adoptat quis in filium & in nepotem, filium licet habeat aut non, modo illo casu filius consentiat §. 5, 6 & 7. *Inst. de Adopt. l. 10. eod.* non autem in fratrem *l. 7. C. de hered. Instit.* coram quocunque Magistratu §. 1. *Inst. bt. arg. Nov. 15. cap. 2 & 3.* etiam extra judicii locum. *Wesemb. hic.* Jure Sax. coram iudice pro tribunali sedente. *Coler. p. 1. Decis. 112.* Scripturis intervenientibus *l. fin. C. bt. l. 11.*



*l. 11. C. de fid. Instr. l. 3. C. de 2. manc. lib.* non ad essentiam sed meliorem probationem *l. 2. C. eod.* quomodo responderunt Jcti Helmstad. teste *Hahnio hic.* Solennitates olim usurpatae *Gell. 5. 19.* abrogavit *Justin. l. fin. C. ht.* Quomodo Franci per comam & capillos ut & Langobardi, Gothi per barbæ tactum vel præcisionem seu per capillos in ecclesiâ, docent *Aimon. 1. 20. & 4. 23. Warnesrid. 4. 40.*

41. Pessime totum hunc titulum abolitum esse desuetudine scribit hic *Groenweg.* Rara est adoptio, non tamen planè extra usum: imprimis inter Magnates, quam privatos frequentior. Exempla sunt in *Friderico I. Palat. Electore, Leodius. Mathia Imp. adoptante Ferdinando 2. Recreat. Canic. p. 67. Cardinale Mazarino.* De processu hujus puncti in *Camerâ Spirensi Tennag. de decern. Proc. p. 134.* Imitatur hanc multis in capitibus statutis *Mogunt., Francof. & consuetudine ferè totius Germaniæ* introducta inque *Camerâ* approbata unio prolium, cujus requisita tradit *Riccus de Union. Prol.* Patriam potestatem non dat, quamvis mediam quandam inter hanc & tutelarem concedat *Riccus c. 8. & plus huic tribuendum quam adoptioni à Justin. reformatæ* putat. *Bach. ad Tr. 1. 2. 11. 2.* Emancipationis exemplum tradit *Pensold. ad Decis. Coler. 222.* in *Comite Ludovico à Schwenstein.* Et extant hanc in rem statuta: in specie jus Bavaricum. *tit. 3. Balebas. Resol. Jur. Civil. & Bavar. tit. 3. Resol. 2. §. 2. Reform. Francof. p. 2. l. 1. §. 9. Berlich. p. 2. concl. 11.* ubi effectus & commoda ejus recenset. Filiatio quomodo probetur late tradit *Mascard. Concl. 787. & seq. Ne ap. 4. Digest. tit. filius* cujus quosdam recenset casus *Riccus Decis. 256.*

42. Tollendæ patriæ potestatis omnino tres sunt modi. Capitis diminutio, Dignitas filii, Mors parentis. Capitis diminutio maxima & media ut civitatem, sic & patriam potestatem ut quid juris civilis tollit: uti *deportatio* patris & filii. *§. 1. Inst. Quib. mod. PP. Solv. non relegatio. §. 2. Inst. eod.* Si vero plene & specialiter, non generaliter, *l. 6, 7, 9. C. de Sent. pass.* sint restituti, *l. 1, 2. C. & l. 3. ff. eod.* & hæc quoq; restituitur *§. 1. Inst. de. ibiq; Giphon.* cui bannum Imperiale non tam comparatur, quam etiam illud superat *Schultz ad §. 1. Inst. de. Servitus pene,* puta in metallum, seu ad bestias damnatione *§. 2. Inst. eod. adde Nov. 22. c. 3. Captivitas,* donec revertuntur *§. Inst. eod.*

C

eod.



*eod.* quæ hodie inter Christianos statum non mutat, secus ac in captis ab infidelibus Dd. com. *Ayala de Offic. Bell.* l. 1. §. 19. Diss. *Covar. in c. peccatum.* p. 2. §. 11. v. 6. *Adoptio* ab avo paterno vel materno facta, ut novam constituit, sic priorem tollit. *Wesenb. hic.* §. 1. & ad minimam capitis diminutionem refertur; uti & *Emancipatio* §. 6. *Inst.* 6. *Quib. mod. jus PP. solv.* quæ olim ex LLXII tab. per tres emancipationes & totidem venditiones fiebat *Ulp. in frag. tit.* 19. quæ postea fuere tantum imaginariæ *Theoph. add.* §. 6. *Inst.* qui eleganter ritum istum describit; ubi *Fabrotius* notat, liberos parentum potestate liberandos circumduci solere & pulsari ut servos manumittendos. Ejusmodi emancipatus quoad successionem & tutelam liberti locum obtinebat & pater patroni *t. t. ff. Si quis à parent. manumis.* & *Inst. de Leg. Par. tutel.* Hodie sublatis istis ambagibus fit vel Imperiali Rescripto *l. pen. C. de Emanc.* vel coram Magistratu competente interveniente scripturâ. *l. ult. C. eod. l. ult. C. de PP. d.* §. 6. *Inst.* Moribus nostris tacite præsumitur, si pater liberis separatas res permittat, addunt alii nuptias, quod apud Gallos, Italos, Langobardos, Hispanos, Lusitanos, Burgundos & Belgas receptum esse testatur ex *Eginb Baro: Schultz ad d.* §. 6. *Inst.* qui idem de Germanis in specie docere *Reusner. 1. Decis* 10. tradit. Contrarium de Jure Sax. quoad filium, secus est in filia *Carpz p. 2. c. 10. d. 2 & 3.* Norico *Ludwell. Diss.* 2. *ad Inst. ib.* 10. C. 2. tenet. Dignitas olim sola Patriciatus §. 4. *Inst. de* quoad Consiliarios status Imperii extendit *Schultz. dl.* hodie quavis, quæ à curiâ liberare valet, cujusmodi XII, numerantur in *l. fin. C. de Decur.* quibus addenda Episcopalis. *Nov. 81. c. 3. Auth. Sed Episcopalis. C. de Episc. & Cler. l. 56. §. 1. eod. c. 13.* *Qui sunt filii legit.* An Doctoralis? *N. Carpz p. 2. c. 10. def. 4.* Diss. *Myns. ad §. 4. Inst. de* cum Dd. Com. *per l. 6. C. de Prof. & Med.* & pertinet ad Professores publice docentes & sic speciale. *Ungebaur. Ex. 3. q. fin.* An Monachismus? *N. Cujac. ad tit. C. de Emanc.* quia pater filium se inconsulto monasterio mancipantem recte vindicat. *Aff. Bach. Com. ad ff. de Adopt.* à negatis effectibus patriæ potestatis, quia vindicare & coercere nequit, nec per eum acquirere, utpote quæ jura spectant ad Abbatem. Non differrent si hic de perfecto, ille de imperfecto in quem nunquam consensit par ens intelligeretur. Sed hæc controversia



versia jam olim fuit inter Jctos agitata *Berlich. p. 2. Concl. II. §. 54.*  
Argumentum nonnullorum à Clericis ad Monachos non valet, cum  
hi sub eorum nomine olim non veniebant. *Duar. I. de S. Eccles. Mi-  
nist. & Benef. c. 20. 3.* Mors naturalis patris aut avi, si liberi non sint  
recahuri in potestatem patris sui. *pr. Inst. Quib. mod. jus pat. pot. solv.  
l. 5. ff. de his qui sunt sui vel al.* Terminent hunc tit. judæi, quorum  
liberi ad Christianismum conversi itidem patriâ potestate extimuntur,  
sin pater convertatur, liberi manent sub potestate Judæi sive Christia-  
ni existentes. *Hermes. Fascic. Jur. Publ. p. 702.*

43. Subjicitur jus rerum ut alterum juris objectum, sed ejus  
explicatio rejicienda in *tit. ff. de A. R. D.* Status vocabulum latissimè  
sumptum ut omnem hominis qualitatem sive publicam sive privatam  
inclusâ etiam dignitate. *l. 5. §. 1. de Extraord. Cognit.* exprimit, quam-  
vis in Rubricâ qualitatem tantum privatam sive à naturâ sive à lege  
tributam denotat. *Ludwel. ad Wesenb. de Stat. hom. n. 1.* sic tituli  
sequentes de variis Magistratibus eorumque officiis & dignitatibus  
huic disputationi recte annectuntur. Dignitatum quot fuerint gradus  
Dd. inter non convenit. Tres tantum affert *Vult. Jurisprud. Rom. 1. 6. n.  
3.* quatuor *Duar. ad tit. ff. de Senat. c. 1.* quinque *Fachinaeus 12. contr.  
90.* cum *Duareno* faciunt Dd. com. *ad l. 1. de Offic. Eius cui mand. iuxta  
versiculos*

*Illustris primus: medius spectabilis: imus*

*Ut lex testatur clarissimus esse probatur*

*Et super illustris preponitur omnibus istis.*

Sed hoc recte de posterioribus temporibus accipiendum censet *Pan-  
cirol. 1. Not. Imp. c. 2 & 3. Ex l. 5. de Senat.* varias decidunt quæsti-  
ones Dd. *Carpz. p. 2. 10. 32.* imo regnorum successiones distribuunt  
uti videre est apud *Grot. de J. B. & P. 2. 7. 28. Hott. Quæst. Illust. 2. Ar.  
nis. Relect. Polit. 2. c. 2. Sect. II.* Certe filius patris dignitate gaudet,  
licet ante eam sit natus, neque casus patris ab officio remoti tollit di-  
gnitatem & privilegia huic quæsitâ *arg. l. 9. de l. 2. §. 7. de Decur.  
secus si postea conceptus & natus. arg. l. 7. §. 1. de Senat. l. 2. §. 3. de  
Decur. Christ. vol. 5. Decis. 5. §. 40. & seq.* Objecta remonent *Duar.  
2. Diss. 29. & Hott. dl.*

44. Ad administrandam Remp. minor 25. annis non admit-

C 2

titur



titur. l. 8. C. de Muver. evenit aliquando ut sit Consul l. unic. ff. de Offic. Cons. ex justâ causâ. l. 2. C. lib. 10. 49. beneficio liberorum. l. 2. ff. de Minor. indulgentiâ Principis. l. 11. ff. de Decur. Exemplum est in l. 14. C. de Relig. & Sump. fun. l. fin. C. de privil. cor. qui sac. pal. milit. lib. 12. cum hâc l. unic. pugnans. l. 57. ff. de Re jud. B. quod ipsi de est ex hâc supplendum ratione jurisdictionis contentiosæ. l. 20. §. 4. de Manum. vind. B. addendum causâ apud collegam probatâ. Causâ quidem apud eum probabatur, non vero manumittebatur & sic non obstat. l. 18. §. 1. de junct. l. 14. de Manum.

45. Maximum privilegium in tit. de Off. Præf. Præf. recenset Arcadius quod ab ipsorum sententiâ non possit appellari l. 17. de Minor. sed supplicari l. unic. C. de Sent. Præf. Præf. l. 5. C. Auth. si. C. de prec. Imp. offer. in quo Electores nostri præprimis sæculares istis comparantur. A. B. tit. 11. ibique Lim. Quam limitate eorum cum Elect. Sax. Majoribus domus, Cardinalibus & Episcopis accipiendæ limitæ tiones videre est apud Freinsb. de Elect. & Card. præced. pag. 61. §. 21. ibique allegatos. Stam. de Hom. prop. 3. 9. §. 18.

46. Præfectus urbi extra urbem etiam ad centesimum lapidem seu milliare (de ritu signandi milliaria lapidibus consule Plut. in Græch. 15. Quint. 4. c. ult. miliario aureo Augusti Plut. in Galba. Dio. lib. 54. Tac. 1. Hist. vel rotâ ex jur. Max. Coler. Decis. 215.) quietem publicam procurabat l. 1. pr. §. 3, 7, 12. bt. quem si egressus est potestatem non habet: à quo si differt extra urbem l. fin. non obstat. Bach. hic. Aliter Salmas. in Euchar. advers. Sirmondum. Aliter Haloander, Corasus. Aliter Hott. 4. O. 23. Aliter Gothofredus hic, quod manuscriptum Genevæ inspexi & sic reperi. Aliter. Ludwel. ad Wesenb. hic.

47. Gestum ab incapace rite electo valet. l. 3. ff. de Off. Præf. cujus lectio varia apud Govean. 1. Var. 6. Cost. 1. disp. 2. Cujac. 18. O. 33. & sub nomine Mercatoris 1. not. ad animad. Rob. 18. Hott. Illust. Quæst. 18. Coras. in dl. 3. Salmas. Obs. ad Jus Attic. cap. 14. adde. Gothof. Dissert. ad hl. Sic quoque sustinetur testamentum à servo pro libero habito signatum l. 1. C. de Test. l. 2. C. de Sent. & Interl. Hinc Dd. probare conantur errorem communem jus facere, uti est in l. 3. §. ult. de Suppell. legat. quod sequitur Duar. ad bt. Sed ut in prioribus legi-



legibus errore gesta favorabiliter sustinentur, non propter errorem sed publicam utilitatem; sic in *dl. 3.* testatoris voluntas collecta ex erronea loquendi consuetudine jus facit, non error. Miratur enim Paulus à propriâ vocabuli significatione recedi propter usum imperitorum, ut proinde error jus faciat, quod tamen pro absurdo habet.

48. Præfectus vigilum cognoscit de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus. *l. 3. §. 1. bt.* jus flagellorum, fustium, virgarum habebat. *dl. 3. §. 1. ult.* & jus gladii in seruos in facinore deprehensos. *l. pen. l. de cond. caus. dat. Cujac. in Ex. pos. Nov. 13.* Hic quærunt Dd. an is in cuius ædibus incendium est ortum, vicino teneatur qui damnum inde est passus? N. ex *l. pen. de incend. ruin.* nisi levissima etiam adsit culpa. *l. 28. §. 12. de pen. & an conductor domino?* N. nisi culpa quæ probari debet certæ persequæ adsit. *l. 11. de per. com. rei vend.* vel mora casus fortuitos præcedat. *C. un. de commod. cap. 2. de pos. Gaul. 2. O. 21 & 22.*

49. Legatus Pro-Consulis nihil proprium habet, nisi à Pro-Consule ei mandata sit jurisdictio. *l. 12. bt.* E. eâ mandata proprium quid habet. Vix alio modo ab illo appellaretur Consul *l. 2. ff. Quis & à quo app.* nisi à se ipso diceretur appellari, quod est absurdum. *l. 1. eod.* Non inter se pugnant ut putat *Vin. de Jurisd. cap. 8. n. 2.* eandem jurisdictionem & mandatam esse & propriam diverso respectu. Propria quoad subsistentiam, mandata quoad exercitium. Hoc enim in multis juris articulis ab alieno pendet arbitrio. Vide *tit. Inst. Quib. alien. licet vel non.* Hinc Pro-Consul mandans non tam jurisdictionem confert, quam potius declaratione hâc occasionem præbet, illius à lege in hunc se ventum jam pridem collatæ usurpandæ. *Frantz. bt.* Gravis hic est pugna inter Marcianum *l. 2. §. 1. bt.* & Paulum *l. 17. §. 1. de Manum. vind.* num apud Legatum Pro-Consulis possit manumitti. Ille negat hic affirmat. Conciliatio nulla, accusanda Triboniani incuria. Omnino non est apud istum legis actio *l. 3. bt.* Sive igitur ingressus fuerit provinciam sive non, uti *Peretz ad C. bt. Duar. bt. Charond. 1. Veris. 3. Robert. 1. Recept. Lect. 28.* distinguunt: sive præsens sit, sive absens ex mente *Hott. 3. O. 4. §. 2. Amicab. Resp. 1.* apud eum nemo manumittere potest, quia non habet jurisdictionem talem. *Cujac. 1. O. 1. emendationem l. 17. negativam.*

C 3

& Bur-



& Burgii 2. Elect. 2. pro eius legentis Caesaris. contextus orationis in dl. 17. respuit, præterquam quod liberorum autoritate carent. Wisfenb. ad ht. Hisce Pro-Consulibus, Legatis, Præsidibus olim esculenta & poculenta recipere fas erat l. 6. §. ult. ht. l. 18. eod. quod hodie est secus Bugn. de LL. abrog. l. 2. sect. 95.

§ 0. Præses provinciæ Magistratus fuit & quidem provincialis. l. 16. §. fin. junct. l. 42. de minor. quia jus imperandi habuit. l. 3. § 4. ht. & sic non obstant textus in l. 12. de Accus. l. 3. §. 1. quod met. caus. utpote qui loquuntur de urbanis, à quibus recte separatur. Officium ejus describitur in l. 13. quod inter non minimum in facinorosos inquirere ex officio, eosque etiam nemine accusante punire. cap. 14. de Offic. Ord. cap. 17. de accusat. Non obst. l. 6. §. 2. de Muner. & bon. Duar. 1. Disp. cap. 38. Nec in criminalibus semper necesse est, ut ex tribus personis iudicium constet l. 62. de Judic. Ummius Disp. ad Procef. 1. disp. 3. n. 18. vel etiam fama criminis patrati accusatoris locum subit de. 17. præprimis iudices litigantes in interiorem familiaritatem admittere non debent. d. l. 19. ht. Idem de Camera Adfessoribus constitutum legimus tam quoad litigantes quam procuratores Memor. de anno 1556. §. Diweil auch & de anno 1575. §. Und sollen Cammer-Richter Denais. Jur. Cam. tit. Adfessor. munus n. 11. § 14. Et prudenter faciunt, si conviviis ab illis vel illorum instinctu aut sumptu ab aliis institutis non intersunt Maynard. 1. Decis. Tholos. 78 & 79. ubi exceptionem tradit in festivitibus nuptialibus à tertio institutis. Vix tamen quis exinde illos ut suspectos recusare potest, maxime si Collegas & Adfessores habeat & ipsi sint viri spectabiles, vitæ & famæ integrioris. Goris in com. ad dl. 19. & ex eo Dnus Lauterbach. Conclus. Forens. ad ht.

§ 1. Qui fisco in urbe præerat præfectus ærario, qui in provincia Procurator Cæsaris nominabatur. l. 5. l. 30. de Jur. Fisci. & quia accepta impensa que in rationes referret. l. 35. §. 2. Ex quib. caus. maj. rationalis arg. Rubr. hl. l. 2. C. de Mand. mult. quod tamen nomen à priscis Jctis nunquam vel raro usurpatum fuisse monet Duar. hic procuratoris nomen ubique retinentibus. Quia autem res ad Principem pertinentes vel fiscales erant & publicæ, vel ejus privatæ; ita illis Præpositi Procuratores fisci; hisce Procutatores rei dominicæ,  
item



item comites rerum privatarum appellantur in jure nostro. Offici-  
um Procuratoris pluribus describit *Franzsk. & Bach. ad ht.* Præci-  
puum est quod Cæsare hærede instituto miscendo se hæreditati Cæsa-  
rem hæredem faciat. *l. 1. §. ult. ht.* Diversum in Procuratore privati  
per quem hæreditas adiri nequit *l. 90. de Acq. hæred. l. 77. junct. l. 123.*  
*de R. J. Cujac. 1. Obs. 34. Hott. 2. Amicab. Resp. 34. Diss. Duar. 2. Dissp.*  
*cap. 27, Costal. hic.* In causis criminalibus cognitionem nullam habu-  
erunt. *l. 3. ht.* nisi cum Præsidum vice fungerentur. *l. 2. C. de pen. l. 3.*  
*C. ubi caus. Fiscal. l. 4. C. ad L. Fab. de quibus accipit locum Taciti*  
*12. Annal. 60. Bach. Com. ad ht.* simulque Pontium Pilatum eo refert  
sed vide *Wissenb. in nor. philolog. ad passion. Domin. pag. 45. junct. p. 20.*

§ 2. Quomodo hic *tit. de Offic. ejus cui mand. est jurisdictio,*  
distet ab eo *Cod. De Offic. ejus, qui vic. alic. jud. obtin.* tradit *Wissenb.*  
*ad tit. prior.* Neque pedaneus judex confundendus est cum eo, cui  
jurisdictio est mandata; utpote qui maxime inter se differunt, do-  
cente *Dn. Struvio hic.* datus tamen à Principe qui hodie dicitur Com-  
missarius, de quo integer tractatus *Rutger Ruland* illi est assimilis *l. 5.*  
*C. de judic. ibique Peretz.* Sed de mandata jurisdictione in sequenti  
Dissertatione pluribus.

§ 3. Adseffores sunt Juris Studiosi vel periti, quos qui in urbe  
vel provinciis jus dicunt viri militares & juris ut plurimum imperiti,  
in consilium sibi adsciscunt. *l. 1. ht. l. 8. de Extraord. cog. Gell. 12. 13.*  
dicuntur quoque Consiliarii *l. 5. ht. l. 3. C. eod. Comites. l. 4. ht. l. 6.*  
*§. pen. de pen.* unde forsan derivatum, quod tractu temporis apud  
Germanos præsertim Francos comites ordinarii judices sint dicti, de  
quo *Freher. Orig. Palat. cap. 2. Hillig. 18. 2. Z.* ubi plura de Asses-  
oribus. Hi dum Magistratui jus suggerebant, etiam ob imperiti-  
am & non Magistratus puniuntur. *l. 2. Quod quisque jur. Diss. Don.*  
*Com. 18. 2. Fab. in Ration. ad dl. 2.* tum quia edictum de prætore,  
qui jurisdictionem habet, & iniquum jus statuit loquitur, tum quod ubi  
dolus & injuria cesset, ibi & edictum cessare debeat. Verum ad *1. R.*  
hoc ipso ne ex dolo quidem teneri Assesores, secus ac ipsi *Dd.* velle  
videntur. Ad *2.* doli tantum ratio habetur quoad Magistratum  
non vero Assesorem, qui cum peritiam suam profiteatur merito quo-  
que de imperitiâ tenetur *Ummius disp. ad Process. 2. tb. 3. n. 17. Winter*  
*de Assessor. p. 2. pag. 531, n. 31.* Ultima legis *2.* verba. Sed ipsi As-  
seffori



Assessori imperiti interpretis esse, sine sufficienti ratione asserit Faber  
dl. vid. Bachov. ad τὰ πρῶτα in dl. 1. §. 1 & 2. Olim ab ipsis Præsidi-  
bus salaria iis constituebantur. l. 4. bt. Postea, auctore Lampridio  
Alexander Severus Assessoribus salaria constituit. Quam constitu-  
tionem ignoravit Papinianus in dl. 4. Ulpianus in l. 19. §. ult. Locat.  
ubi istum citat. Non vero Modestinus in l. 32. ex quib. caus. maj.  
Hermogenianus in l. 41. de Excus. Tut. utpote qui tempora Alexan-  
dri sunt secuti. Sensus l. 4. est, quod Præside defuncto ante tempus  
sibi præstitutum (non præstitum ex quo multi in graves errores incide-  
runt Coras. ad dl. 4.) totius anni salarium nihilominus debeatur Assesso-  
ribus ejus, quia per eos non stetit, quo minus operam suam præstarent.  
l. 38. pr. Locat. Secus si ante illud tempus successorem accepit, vel si  
aliis Præsidibus residuo tempore accommodarunt. L. hanc 4. ad  
Professores porrigit praxis. Gail. 1. O. 44. Diff. Alciat. in dl. 4. In quæ-  
stione, an Assessores eo tempore, quo assident, etiam Advocatorum  
munus obedire possint, Paulus distinguit in suo auditorio non pos-  
sunt; in alio possunt. l. 5. bt. Cui derogatum per l. ult. in pr. C. eod.  
l. 6. §. quisquis C. de Postul. ubi indistincte patrocinium aliis præsta-  
re prohibentur. VVissenb. hic Auditorium in dl. 5. non scholas uti  
vulgo creditur significat, sed locum ipsum in quo lites & judi-  
cia exercentur forensesque causæ audiuntur, dirimuntur.

l. 40 d. R. G. l. 22. ad Sc. Trebell. l. 54. §. 1. de Re jud.



27  
DISPUT. PANDECTARUM SECUNDA.

De  
Jurisdictione.

Respondente  
CHRISTIANO WASMUTH,  
Kilonio. Holsato.

§. I.

**L**ibro præcedenti docuit Imperator principia Jurisprudentiæ finem nimir. subjectum & media (quibus tribus omnis practica disciplina constituitur) & quæ Magistratum sint officia addidit. Jam ad judicia accedens de jurisdictione seu competente judice agit. Hanc materiam ad eò intricatam censuerunt Glossatores ut vel veteres Jurisconsultos resuscitandos esse optaverint, quia ipsi veteris ævi erant signari & politicæ disciplinæ. Nos pro virili eam ex veterum Jurisconsultorum fragmentis explicabimus, nec quid hodie obtinet, omitemus.

2. Potestas quâ quælibet regitur civitas per se una est & simplex, à diversis verò ejus negotiis distincta: quæ quatenus externa alias civitates respiciunt; quatenus interna saltem subjectos; ita tamen, ut ubique ejus securitati consulatur, bello, Legibus & judiciis, &c. undè jurium Majestatis prima divisio. Etenim quod interna attinet, non sufficit huic Legibus latis prospicere, nisi & civium negotiis, actionibusque cum effectu applicentur, ne impune contra hæc peccando ei nocerent. Hinc judiciorum exercendorum potestas, cujus quamvis plures reperiantur facultates ita ut ratione objectorum sit alia de criminibus judicandi, de civilibus alia; ratione operationis alia jus facti applicandi, alia sententiam exequendi: attamen in Majestate hæc omnia totum constituunt & ei ceu subjecto suo adequato & perpetuo formaliter insunt; à quâ demum in Magistratus, ipsâ ob rerum hominumque multitudinem omnibus propriâ operâ haud sufficiente, per participationem fluunt, ita tamen ut huic totam, alteri partem, huic civiles, alteri criminales committeret cau-

D

sas

36



fas, quæ verò magni momenti sibi servaret: unde pro partium con-  
 junctione vel distinctione, aut diversis rerum gerendarum speciebus  
 diversa Magistratum extiterunt munia. Cui enim cognoscendi sal-  
 tem facultas, ille notionem dicebatur habere: cui & jus facti ap-  
 plicandi, quod jubere aliis est, tantum in civilibus oppositive ad  
 criminales jurisdictionem; sin vero & coercendi quod isti cohære-  
 bat, mixtum Imperium dicebatur habere, quod in criminalibus erat  
 merum. Modus quoque conferendi ex arbitrio Majestatis diversus  
 fuit: vel enim competit personæ certæ mediante certo officio seu  
 Magistratu, qui ejus gratia in Repub. institutus est, ut *Prætorum, Ædi-  
 litas*. Quicquid itaque complectebatur officii istius vis, hoc omne  
 ad Prætores vel Ædilem pertinebat ut tales *Cujac. 21. O. 30.* quo i-  
 pso facultas & jus censetur concessum manente salva dependentia; ita  
 ut tale quid deinceps Magistratus expediens, quasi proprium jus, cu-  
 jus subjectum ille tanquam perpetuo subordinatum existit, exercere  
 intelligatur: vel officio remoto aut abstracto immediatè confereba-  
 tur in personam certam mandato generali vel speciali, aut in incer-  
 tam expressâ tamen ejus certâ qualitate: *ut quisquis Prætor erit.*  
 quomodo reservato jure ejus saltem exercitium videtur datum.  
 Hinc phrasæ in jure nostro usitatæ jure Magistratus & more Majorum  
 seu specialiter competere. Observandum tamen hic cum *Sut-  
 bolt. de Jurisd. apb. 156.* omnes causas, quæ specialiter dicun-  
 tur competere, esse in duplici differentia; quasdam *puras & absolute  
 tales*, quasdam *mixtas & secundum quid tales*. Illuc refert quæ nul-  
 li Magistratui unquam jure Magistratus competant; huc quæ ad  
 majores quidem & urbanos pertinent jure Magistratus: inferioribus  
 vero, item municipalibus & provincialibus non nisi specialiter lege  
 tribuantur: ad primam classem refert tutoris dationem per *l. 6. §. 2.  
 de Tutel. pr. & §. 5. Inst. de Attil. Tut. l. 1. §. 1. de Tut. dat. l. 19. eod.  
 l. 2. de Off. Jurisd.* excepta cognitione de suspecto *Diff. Duar. ad h. t.  
 cap. 7.* Interpositionem decreti in prædiis minorum alienandis *l. 1.  
 §. 2. l. 5. §. 9. l. 11. de reb. eor. junct. l. 2. §. 1. de Offic. ejus.* Cogni-  
 tionem super transactione de alimentis testamento relictis *l. 8. pr.  
 & §. 1. junct. §. 18. de Transact.* Ad posteriorem classem refert ju-  
 dicis dandi licentiam per *l. 3. b. t. junct. l. 12. ff. de Jud. Diff. Wiss.  
 ibid.*



*ibid.* §. 9. *Conf. Mott. 2. Amicab. 1.* Legis actiones in specie dictas id est actus voluntariæ jurisdictionis: ut sunt manumissio, emancipatio, adoptio & id genus alia. *l. 4. de Adopt. junct. l. 21. de Manum vind. l. 1. de Off. Jurid. l. 1. C. de Emancip.*

3. Qui Jurisdictionem seu genus hic statuunt, idq; in Imperium & jurisdictionem in specie sic dictam dividunt, quamvis absurdum non sit ex vocabuli proprietate, attamen ex Jure Romano hoc minime probant, nec Romanos scriptores jurisdictionis vocem ita usurpasse facile quis reperiet, Non enim merum sub se comprehendit, quia illud purum & ab omni jurisdictione separatum *arg. l. 1. de Off. ejus cui mand. Probat & hanc sententiam l. 4. in fin. junct. l. 6. de Offic. ProCons.* maxime verò *l. 1. §. 4. de Suspect. Tut.* ubi mandata jurisdictione totum jurisdictionis officium ad Legatum Pro Consulibus dicitur transire, ad quem tamen merum Imperium indubie haud transit *l. 11. ff. de Off. Procons.* Non Mixtum Imperium; quia ei Jurisdictio inest *l. 3. bt.* non ut species generi, sed ut simplex composito. Non enim eadem utriusque essentia, Sibi ipsi quomodo inesse possit, non video. Expresse hoc Jurisdictioni contra distinguitur *l. 3. & 4. bt. l. 26. ad Municip. l. 32. de Injur.* Argumentum Dissentientium à conjugatis ex *l. 2. §. 23. de O. J.* est valde debile, cum injure sæpissime generaliora sint verba, quam verbalia *Bach. hic n. 1.* Papinianus in *l. 1. de Off. ejus cui mand.* dubitavit, num jurisdictionem mandante Magistratu merum Imperium quoque transeat, sed discrete pronunciat, errorem esse Magistratus ita opinantis. Circa manifestum juris errorem nulla potest esse Jcti dubitatio. Si hæc explicatio minus placet, cum Goveano quis Jurisdictionem improprie hic pro ratione seu cognitione sumat. Plenissima jurisdictio in *l. 7. §. fin. de Off. ProCons.* commode ad causas civiles referri potest, quæ Romæ à diversis Magistratibus expediebantur. *Bach. hic.* Inscriptio hujus tituli, licet sub eo de mero & mixto agatur Imperio, nil probat cum non sit novum, quod cum rerum affinitas id videatur exigere, plura in progressu quæstionis susceptæ tractentur, quam titulus promittat. *Obrecht. d. c. n. 15.* Quod sæpius quæ Imperii sunt ad Jurisdictionem referantur, ut bonorum possessio, missio in bona, operis nunciatio §. 4. *Inst. de B. P. l. 1. l. 4. §. 3. de dam. infect. l. 1. §. 9. Oct. novi*



*junctis l. 3. 4. bt. l. 7. §. 14. de pact. restitutio in integrum l. 26. ad Mu-*  
*micip. junct. l. fin. C. ubi & apud quem* iudicis dandi licentia *l. 12. §. 1.*  
*de iudic. junct. d. l. 3. bt. jubere caveri* prætoria stipulatione *l. 4. cum*  
*§. bt.* hoc intelligendum est non acsi Jurisdictio ibi ut genus confidere-  
 tur, sed ratione subjecti videlicet Magistratus majoris, in quo  
 & iussio & coercitio, utpote quæ formalem rationem Jurisdictionis  
 & Imperii statuunt, concurrunt & mixtum imperium componunt, à quo  
 minores & municipales sunt exclusi *d. l. 26. ad Municip. l. 32. de In-*  
*jur. l. 131. §. 1. de V. S. l. unic. pr. Si quis jus dicent.* Non obstat  
 quod pignus capere *l. 29. §. 7. ad L. Aquil.* mittere in possessionem  
 damni infecti nomine possint *l. 4. §. 3. de damn. infect.* Actus qui-  
 dem sunt coercitivi, quos tamen non jure Magistratus exercent  
 sed illud beneficio legis municipalis, atque adeo ex speciali populi Ro-  
 mani concessione *d. l. 26.* hoc ex delegatione Præsidis *d. l. 4.* & sic fun-  
 guntur vice illius, qui mandavit jurisdictionem *l. 1. §. 1. de Off. ejus*  
*l. 6. bt.* Quicquid itaque majores faciunt Magistratus,  
 faciunt jure Imperii, cui & jurisdictio inest: quicquid minores solā  
 vi jurisdictionis. *Lex ult. §. ult. de Offic. ejus* in quā nulla dicitur esse  
 jurisdictio sine Imperio, de majoribus Magistratibus explicanda est.  
 Nullo itaque juris textu fundatur illa distinctio Jurisdictionis in ge-  
 nere & in specie, sed quæ Imperio contra distinguitur sola LL. no-  
 stris est cognita, quod nec ipsi dissentientes diffiteri audent *Suibole.*  
*apb. 114.* Vereor quoque, ut controversiam hanc tollant, qui inter na-  
 tivam & dativam jurisdictionis acceptionem distinguunt, quin po-  
 tius cum prioribus faciant, relatā eā in hac ad causas civiles ut plu-  
 rimum. Etāmen aliquando ad causas criminales, quod est in quæstio-  
 ne; quamvis ex proprietate vocabuli & hodierno usu potius, quam  
 Romanorum quis jus animadvertendi in crimina recte appellet ju-  
 risdictionem criminalem.

4. Est itaque Jurisdictio potestas in causis civilibus (ut oppo-  
 nuntur criminalibus) jus statuendi (jubendi) jure Magistratus compe-  
 tens & quidem vel voluntaria vel contentiosa *l. 2. de Off. ProCons.* Vo-  
 luntaria est potestas jubendi volentibus & consentientibus in negoti-  
 um certum solennitatis & auctoritatis causā, ut in adoptione, ma-  
 numissione vindictā, emancipatione *l. 2. & 3. dt.* quæ in specie legis  
 actiones.



actiones vocantur; & apud eum Magistratum dicitur esse legis actio, apud quem hæ solennitates possunt peragi. *l. 3. de l. 4. de Adopt. l. 1. de Off. Jurid. §. 6. Inst. Quib. mod. jus pat. pot. sol.* Eleganter hoc explicatum vide apud Hillig. *ad Donell. lib. 17. c. 8. Q.* Et hæ legis actiones expediebantur de plano, etiam extra locum & territorium, in quo alias jurisdictio esset exercenda. *d. l. 2. §. 2. Inst. de Libert.* ac in causâ quoque propriâ *l. 3. 4. de Adopt. l. 18. de Manum. vind.* Videntur & alii actus solennes huic jurisditioni voluntariæ affines, quales sunt donationis & testamenti insinuatio, hujus apertura: oblatio pecuniæ in judicio: hypothecæ confirmatio judicialis *adde Nov. 15. c. 3. in fin. pr. Dn. Struv. hic.*

5. Contentiosa est quæ inter partes litigantes exercetur saltem in territorio jus dicentis *l. fin. b. l. in causis civilibus jure Magistratus competens.* Et quia hoc formalem rationem constituit, sequitur nec Magistratum quem esse sine jurisditione, nec hanc sine illo. Excluduntur itaque iudices pedanei, Cognitores, Recuperatores, qui non sunt Magistratus & sic tantum notionem nudam habent *l. 12. de Jud. l. ult. C. de Jud. Pedan.*

6. Estque vel *Propria* vel non *Propria*. Illa aut *Ordinaria* aut *Extraordinaria*. Ordinaria est quam quis suo jure id est Magistratus & non beneficio alterius habet & exercet more majorum *l. 5. h. d. l. 2. §. 3. de Off. ProCons. l. 1. de Off. ejus.* Extraordinaria est quæ speciali legis Secti vel Principis concessione competit, quo referenda tutoris datio. *l. 6. §. 2. de Tut. pro Inst. de Attil. Tut.* ubi de alienandis prædiis minorum agitur. *l. 2. §. 1. de Off. ejus.* Cognitio ex Secto, si dominus à familiâ dicitur occisus *l. 1. in fin. pr. de. & alia relata à Bach. ad h. prima divis. Jurisdic.*

7. Non propria quæ & non nullis dicitur extra ordinaria quatenus beneficio alterius exercetur, est vel *mandata*, vel *prorogata*. Illa est exercitium alienæ jurisditionis: *l. 5. §. 16. h. l. i. §. 1. de off. ejus* quod cuilibet etiam privato recte mandatur. *l. ult. §. 1. d. t. modo in ejus personâ nullus reperiatur defectus, nec extra mandantis sit territorium arg. l. un. pr. c. Qui pro suâ jurisd.* Secus est de Jure Canonico *c. 11. de Rescript. in 6.* ejusque personam non egreditur *l. 5. b. r. Vicarius alterius jurisditionis est & non Magistratus uti perperam exi-*

D 3

stimat.



stimat *Busius* in *l. 1. §. 1. de off. ejus cui.* Hunc constituere est solius  
 supremæ potestatis, quæ penes Magistratum Romanum non erat.  
*Gentil. 2. 26.* adde *Donell. 17. 7.* ubi non quamlibet jurisdictioni pote-  
 statem Magistratum facere docet, sed eam solum, quæ proprio &  
 non alieno tenetur jure. Unde talis delegatus (secus in delegato Prin-  
 cipis, qui ad modum Magistratus censetur propriam habere jurisdic-  
 tionem ex Principis voluntate *l. 6. bt. junct. l. 1. ff. de constit. Princ.*)  
 subdelegare haud potest, hoc est alteri rursus mandare jurisdic-  
 tionem; causam tamen seu litem subdelegare potest, quod nihil aliud est  
 quam judicem dare *l. 5. c. de Judic.* quæ licentia jurisdictionis omnis est  
 etiam vicariæ *l. 12. §. 1. de Judic.* Atque hoc ipso corrumpunt intrica-  
 tæ *Dd* disputationes de subdelegatione ad *l. 5. bt. & l. 15. de Re Jud.*  
*Non obst. l. 13. ff. bt.* ut pote in quâ non excluditur, qui vice Magi-  
 stratus fungitur, sed qui privatus est & simul Magistratus minor &  
 municipalis. *Bach. ad d. l. 13. Franzk. ad bt. §. 37.* putat Ulpianum  
 velle non sufficere, esse Magistratum, cum judicem dat, sed & perma-  
 nere oportere, quando judicat adde *tit. C. de Jud. pedan.* Jurisdictio  
 mandatur vel in totum vel ex parte *l. 16. l. 17. bt.* Illo modo omnia  
 sub eâ comprehensa censentur concessa, sine quibus explicari nequit  
*l. 2. bt.* adde *c. præterea x. de offic. deleg.* non tamen ea, quæ specialiter  
 mandari est opus *l. 4. pr. de offic. ejus cui mand. jurit. l. 1. §. 4. de sus-  
 spect. tut.* quid enim ibi rescripto alias fuisset opus. Causæ quædam  
 erant cognitionis prætoris, quæ decretum requirebant & pro tribu-  
 nali expediendæ erant, de quibus licet judicem non dabat *l. 2. c. de Jud.  
 ped.* specialiter tamen eas recte mandabat. Atque hinc recte expli-  
 cari potest *l. 105. de R. J.* ubi prætor desideratur, ut pedanei iudices &  
 municipales Magistratus excludantur, non vero jurisdictionis man-  
 datarius: ex quo etiam optime responderi potest ad *l. 1. §. II. ad Sc. Turpil.*  
 Ad has causas referri potest, cognitio de agnoscendis vel  
 alendis liberis, de ventre in spiciendo custodiendoque partu *tit. ff. de  
 separatione bonorum l. 1. §. 14. de separat. causæ libertatis & status  
 l. 32. §. 6. de Recept. Cujac. in lib. 13. Paul ad Edict.* Semper mixtum  
 imperium ut jurisdictioni cohærens transire ex *l. 1. §. ult. l. 2. l. ult.  
 §. 1. bt.* certum est, modo mandans illud habeat, seu sit ex Magistra-  
 tibus majoribus, non vero minoribus, quibus illud denegatur, ita ut  
 recte



recte dicatur *Vinnio de Jurisd. c. 8. §. ult.* inepta quaestio, num separa-  
 tim possit mandari? Sane si executio sententiae sit delegata, mandatum  
 dicit potest, quod in Magistratu mandante est mixtum imperium.  
 Et praeterea cognitio ad eum spectat non de exceptionibus, quibus  
 sententia vel executio impugnatur, sed de modo & rebus, in quas  
 debet fieri executio. *Myns. 3. O. 69.* Sententiam itaque non minus  
 ut Magistratus exequitur *l. 1. C. de Jud. Quam* vulgo objiciunt *l. 15. de*  
*Rejud.* loquitur de iudice pedaneo & dato uti & *l. 5. C. de Judic.* non ju-  
 risdictionis mādatorio. Illis nuda saltem erat notio nulla jurisdictio *l. 5.*  
*ff. de Rejud. ii. C. de pedan jud.* quare ab iis appellatur qui dedit *l. 1. 3. quis*  
*& à quo appell. j. un. l. 1. §. ult. eod.* à mādatorio non mādans, sed utrique  
 superior *l. 1. §. 1. eod.* Quando autem mos iudices dandi invaluerit  
 rursumque exoleverit docent *Gentil. 2. ii. Bacb. ad ht. cap. de Jurisd. mand.*  
*§. 9. & 17.* Cæterum hæc observanda regula, quod ea saltem, quæ  
 jure Magistratus competunt non vero lege, Scto, constitutione Prin-  
 cipum specialiter tribuuntur, mandari possint mandataque jurisdic-  
 tione transeant *l. 1. pr. l. 2. l. 4. pr. §. 1. de Off. ejus cui.* non tam ex eâ ra-  
 tione, quasi in hisce magis certi hominis fides fuerit electa, quia in iis ali-  
 quando non minor certitudo & quorum æque industriam elegisse præ-  
 sumitur Princeps; quam potius ex distinctione juris vel exercitii sal-  
 tem à Majestate concessi, de qua in *§. 2.* Jus autem seu facultatem qui  
 habet interveniente mandato, per alium id exercere potest; quæ facul-  
 tas in moralibus ab exercitio est separabilis. *Grot. de J. B. & P. l. 3.*  
*16. & lib. 2. 13. 19. & 20.* Exercitium vero, quia à se separari non  
 potest, qui habet, alteri mandare illud nequit. Quomodo enim se ha-  
 bet mandata jurisdictio ad mandantem, ita se habent ea, quæ specia-  
 liter Magistratui ipsi tribuuntur ad Principem populumve. Extingui-  
 tur jurisdictio mandati revocatione morte mandantis, de quâ re infra.

8. Pro rogata est quæ consensu litigantium exercetur in illos  
 qui eidem subjecti non sunt *l. 18. ht. l. 1. ff. & c. de Jud.* Consensu,  
 partium requiritur expressus vel tacitus. Istum non nudum pactum  
 alias ad actionem producendam etiam in habile, non stipulatio quâ  
 saltem quod inter est loco convento litem exerceri, persequi licet; sed  
*judicis aditio*, quæ per libelli oblationem aut satisfactionem explicatur  
 firmat *l. 18. ht. Coras. 4. miscel. §.* quidem solum consensum litigatorum  
 hic



hic sufficere nec iudicis aditione esse opus ex *l. pen. C. de pact.* probare conatur: Sed quam vere ex *§ ult.* hic constabit. Tacitus colligitur ex *facto hominis*, ut litis contestatione, quâ reus non errans *l. 15. bt.* exceptione fori omisâ in iudicem videtur consentire *l. 4. C. bt.*; ita ut pœnitentiæ non amplius sit locus *vel autoritate legis*, quâ actor reum conveniens tacite eundem iudicem agnovit in reconventionem *l. 14. infin. C. de sent. & interloc. junct. Auth. seq. eod. l. 11. §. 1. bt. l. 22. de Judic. adde N. 96. c. 2.* Cum itaque prorogare sit protrahere extendere id quod jam antea existit, sequitur hic præsupponi Magistratum jurisdictione jam antea gaudentem & excludi privatum *l. 14. bt.* non entis nullæ sint qualitates: non privatorum sed legis est jurisdictionis *l. 3. C. bt. l. 5. de Precar.* Deinde requiritur ut eidem subsint imperio vel ex more hodierno territorio: cui Principum Germaniæ Jurisdictio inhæret: quo respectu optime Princeps subditis suis prohibet, ne apud alium iudicem litigent. *Mandos. de Inhibit. quest. 123. n. 5. Bocer. Decis. 114. n. 2.* & mandatis pœnalibus retrahit *Franzk. Var. Resol. 1. 17. §. 25.* Sed & volunt Dd. jurisdictionem ejusdem generis esse; ut nec civilis ad criminalem, Ecclesiastica ad politicam, feudalis ad allodiam prorogari possit. Mandata sit an propria jurisdictionis nil interest nisi ex Jure Canonico mandata sit unica causa, uti in *c. 32. & 40. de off. Deleg.* Fit de persona in personam *l. 1. de Jud. l. 14. de read rem l. 74. §. 1. de Jud. l. 1. C. b. r. l. 28. ad Municip.* Alios prorogandi modos de loco ad locum, de tempore ad tempus rejicimus, de quibus late hic *Bachov. §. 5. & 6. & Vinnius 1. Select. Quest. 4.*

9. Jam ad alteram partem jurisdictionis coercionem videlicet, quæ imperium dicitur & in Merum vel Mixtum dispescitur, non ut genus in suas species, quam vocabulum æquivocum in sua æquivocata *Sutbolt. de Jurisdict. aph. 234.* Quando itaque justitio & modica coercitio in causis civilibus concurrunt in uno subjecto, ita ut unum alteri misceatur, mixtum vocatur imperium. Hinc illud dicitur jurisdictioni cohærere *l. 1. §. fin. de Offic. ejus* & hæc ipsi iterum inesse *l. 3. bt.* Unde constat quod non sit unum idemq; Re & nomine differunt, & res quæ inest & cui inest disparatæ sunt.

Quod



Quod autem una eademq; res mixto imperio mox jurisdictioni adscribatur in legibus nostris, & quædam imperii magis, quam jurisdictionis esse dicantur in *l. 4. bt.* hoc venit ratione subjecti Magistratus à quo exercetur, major sit an minor: Ille agit etiam quæ formaliter jurisdictionis sunt cum imperio & sub ejus nomine; hic vero sine eo, & sub nomine simplicis jurisdictionis, de quibus in §. 3. Et in hoc sensu recte explicatur *l. 3. bt.*; ita ut *Goveani, Fabri, Hottomanni* lectiones ut non absurdæ, minus necessariæ esse videantur, præprimis cum vulgatam, quam & *heruscus* codex habet, retineant Basilicorum libri, quos edidit *Fabrotus*. Soli enim majores Magistratus, quorum erat imperium, *bp. dabant. l. 2. §. 1. Quis Ord. in poss.* Sed annon hoc modo elusoria foret minoris jurisdictionis? Resp. præsidio ipsi fuit Præsidis imperium, quod implorare erat necesse, ut autem nunquam sine jurisdictione est mixtum imperium; ita non contra, sine mixto imperio nunquam est jurisdictionis. Recte inde distinguit *Menoch. l. Arbitr. 74. §. 28.* inter cohære & inesse jurisdictioni. Quod vero municipalibus quandoq; coercitio quædam competat, hoc non tam beneficio mixti imperii, quam specialis saltem concessionis vel delegationis venit. Quibus bene perspectis haud opus esse apparet cum *Dd* duo genera vel gradus mixti imperii comminisci; de quibus videndus *Stephan. de Jurisd. l. 4.* Quicquid itaque minoribus & municipalibus ademptum, majoribus vero reservatum erat, dicebatur esse imperii, mixti nimirum & non alterius augustioris huic contradistincti, quicquid etiam ex *Gruchi* verbis, quæ *Sigonius* refert, male perceptis in contrarium statuit *Sutbolt. aph. 230.* etsi formaliter nullam coercionem exequantur.

10. Succedit Imperium quod vocatur merum, non quia summum, aut à privata utilitate separatum, vel lege specialiter datum, sed quia per se stat, non cohæret, non subservit, non junctum est cum simplici & ordinariâ jurisdictione, & sic oppositivè ad imperium quod dicitur mixtum *l. 1. §. ult. l. ult. §. 1. de offic. ejus cui l. 3. ff. bt. ibiq; Govean. §. 10.* Sic merum Prætoris officium *l. 5. de V. O.* mera donatio *l. 27. de donat.* merum jus gentium *l. 31. de poss.* mera conditio *l. 82. de C. & D.* merum vinum apud *Varron. Eudæmonib.*

E

unde



unde meracius bibere dicuntur, qui minus aquæ vino miscent. Dicitur in *d. l. 3. Gladii potestas* non materialiter, non exemplariter, non à maxima sui parte; verum, quia meri imperii seu publici iudicii symbolum gladius erat, ut vel ex vulgato Trajani dicto liquet, faltem quoad Magistratus posterioribus temporibus, quia more verusto cenloquitur *Ligurin. lib. 3.* id est Reip. temporibus securis magis adhibebatur, quamvis postea in usu non desit esse *Gentil. 3. de Jurisdic. 2.* alias vel pugio in Principe jus vitæ & necis civium denotabat *Tac. 3. Histor. c. 68.* Hinc *jus & potestas gladii* non modo in jure nostro, verum etiam apud alios Scriptores pro mero Imperio seu potestate sumitur, quod alii vocant *jus ferri*: ab eodem sensu ad *Roman. c. 13. Vers. 4. Magistratus non frustra gladium gerit. Animadvertendi in facinorosos* tam cognoscendo & judicando, quam exequendo *arg. l. 2. §. 23. de O. J. l. 6. pr. de Off. Pro Cons.* Non enim hic accessorie ut in civilibus venit coercitio, sed necessario. Cognitio enim ut absit, vetat *l. 6. de Offic. Pro Cons.* vetat & ratio, quia alias carnifici merum concederemus imperium. In civilibus ut accessorie, vel in suppetias propter contumaces & sententiæ inobedientes venit coercitio, sic hic necessario simulque cum cognitione tendit ad criminum vindicationem, quia solâ sententiæ dictione absque executione coerceri crimina nequeunt. *Vinnius de Jurisd. c. 1. §. 9. Facinorosi homines* objectam meri imperii sunt: sed an jus, quod in cada vere in nonnullis criminibus exercetur meri sit imperii? fane putamus: sed morte extinguuntur crimina. *l. ult. C. si reus vel accus. mort. l. 6. de publ. jud. l. 10. de Accusat.* Resp. si ante mortem pœna non est inchoata quamvis in crimine læsæ Majestatis & repetundarum *d. l. 20. l. ult. ad L. Jul. Majest. l. ult. C. eod.* quod & praxis ad alia atrociora delicta trahit *Clar. 5. §. fin. quest. 51. §. 15.* etiam post mortem pœna inchoare possit, non quidem ad coercionem delinquentis, sed per terrefactionem aliorum, ut alteram panæ causam finalem *Vinnius d. l.* Quod in bruta exercetur principaliter huc non pertinet, sed per consequentiam quatenus hominis delictum conjunctum ad abolendam rei memoriam *Levit. 20. cap. mulier caus. 15. q. 1.* vel etiam hominum per terrefactionem à similibus delictis contineat. Nec ea huc pertinent facinora ex peculiari institutione Reip. Rom. quorum

pœna



pœna faltem pecuniaria, cujus emolumentum & persecutio pri-  
vatis, quibus jam à lege in istâ jus erat quaesitum, ex accusatione  
conceditur: secus si ipse Magistratus eam persequitur *Ant. Matthæi  
de crimin. Cap. 1.* Non enim materiâ sed sine merum à mixto dif-  
fert. Sic actiones furti, Vi bonorum raptorum, Legis Aquil. rectius  
mixto imperio adscribuntur.

11. Imperii hujus vulgo Dd. sex: sed JCi. tres tantum fa-  
ciunt gradus, summum, medium & infimum *arg. l. 28. de pen. &  
Paul. 5. sent. tit. 17. de abolit. §. ult.* Quæ computatio ex ipso ho-  
minis statu & pœnarum discrimine desumitur. Summus compre-  
hendit eas pœnas, quibus homini vita naturalis adimitur, & ultimâ  
supplicii continentur nomine *§. 2. Inst. de pub. jud. l. 21. de pen.  
d. l. 28. pr. eod.* veluti gladii, ignis, patibuli, ad bestias damnationis.  
Neque enim venenum aut liberum mortis arbitrium legitima pœna  
fuit, *l. 8. ff. dt. quamvis* postea id Impp. concedere fuerint soliti.  
Sed neque fame enecari, aut in perpetuum dari carcerem quis po-  
tuit. Medius pœnarum gradus est, quibus vita civilis seu liber-  
tas vel civitas adimitur, veluti servitute pœnæ, in metallum velo-  
pus metalli damnatione perpetua, aquæ & ignis interdictione, de-  
portatione *l. 8. l. 17. ff. eod.* In ejus locum hodie bannum successisse  
volunt Dd. quod tamen nonnisi secundum quid recipi potest: ma-  
gna enim inter hæc duo differentia. *Gail. 1. de P. P. c. 1. n. 24. & libr.  
2. c. 1. n. 20. Bacch. ad Tr. 1. §. 2.* dum illud summo gradui subjicit,  
de futuro cogitet necesse est. Deportandi jus Præsibus Provinciæ  
non fuit *l. 6. §. 1. de Interd. & releg.* etsi merum Imperium habue-  
runt. *l. 6. §. 8. de off. Præs. Hottomanni 3. Obs. 12.* conciliatio di-  
splicet. Infimus eas continet pœnas, quæ salvâ vitâ naturali & ci-  
vili infamiam cum damno pecuniario vel corporis cruciatu aliquo  
irrogant *l. 6. in fin. l. 28. §. 1. de pen.* ut est relegatio, in opus publi-  
cum datio, fustuarium supplicium. Membri amputatio recte huc  
pertinet, cum nec naturalem nec civilem vitam adimat. *Diss. Obreche.  
de Jurisd. c. 7. n. 6.* qui ad primum *Scip. Gentil. d. lib. 3. c. 9.* qui ad  
secundum illam refert gradum. *Tr. 1. §. F.* Ab hisce gradibus diffe-  
runt pœnarum genera. *l. 6. 7. 8. ff. de pen.* quæ apud varias gentes  
variæ & infinitæ; *Stephan. de Jurisd. c. 6. §. 24.* de quibus forsan  
alio loco.



12. Competit non omnibus Magistratibus, sed iis tantum, quibus lex, Senatus consultum aut Principis constitutio id largitur quorumque fidem & industriam singulariter probasset; quales sub Imperatoribus Ictorum coetaneis fuisse reperimus Præsides *d. l. 6. de Off. Praef.* Proconsules *l. 6. de Off. Procons.* Praefectos urbi *l. 1. & ult. ff. de Off. Praef. urb.* Praefecto annonæ, quod vetus inscriptio Neapolitana & *Ammianus* docet, ut & legato Proconsulis, quod historia Augusta tradit, extra ordinem competeat. Et quamvis Praefecti & Præsides ex ipsa creatione imperium haberent; cave tamen inde concludas cum *Suerin. Rep. Lect. c. 6.* illud competere jure Magistratus, phrasi ista secundum usum juris nostri, & quomodo eam sumit Papinianus in *l. 1. de Offic. ejus cui mand. accepta.* Secus si latius eam sumas *Bacch. ad. ht. ubi notat ex Cabot. 2. Disp. 7. Gentil. 3. 20. & 25.* forsitan semel de Imperio Magistratum illorum Præsidium, Proprætorum &c. legem seu constitutionem factam fuisse, quæ in creatione singulorum repetita videretur. Quod magis apparet, quia non omnimodum imperium seu omnes meri imperii partes in unam personam semper concurrebant, ita jubente lege. hinc Præses jus gladii non tamen deportandi *vid. hic §. II.* nec jus confiscandi *l. unic. C. Ne sine jussu Princip.* habebat. Nec in omnes personas ejus ditionis competeat; adeo ut personale illud quandoque fuisse videamus; ita Proconsules in milites olim istud non habuere teste *Dione lib. 53.* quod deinceps mutatum ex *Nov. 8.* contra Praefectus urbi extra dioecesein suam urbicariam in Senatores ubicunque constitutos merum imperium habuit, ut ex *Codice Theodos.* liquet.

13. Mandari ideo merum imperium non potest, ut jure civili ex Papiniani definitione *d. l. 1. de Offic. ejus cui.* contra *Cujacium ibid.* quem non juvant, *l. 6. de Offic. Procons. l. 14. ad Sct. Syllan. l. unic. C. Qui pro sua jurisdic. Resp. Bronch. 1. 16. Bacch. ad Tr. 4. 3. 6. G. ita & jure canonico, ut recte sentiunt Gentil. 3. 29. & lib. 2. c. 3. Fach. 9. contr. 99. & Menoch. 1. Arbit. 54. contra Gloss. in c. 10. de Offic. Ordinar. & Dd. com: magna parte citatos Bocer. Class. 5. disp. 10. 9. 54. Longo vall. in Repet. l. 3. ht. & alios multos. Neque quicquid cognoscibile est, id continuo est delegabile. Non Obsit. c. 4. x. de Raptor. Cui enim*



enim dubium Regem Siciliae (licet esset Vassallus Pontificis. *Clem. 2. tit. de Sent. & Re jud.*) potestatem gladii concedere potuisse *Gentil. d. l.* reliqua capitula vel plane non agunt de mero imperio, vel Papæ aut Principi ejus mandandi potestatem faciunt, vel ecclesiasticos in causis sanguinis judicare prohibent. Una est exceptio, in absentia necessaria (nisi Princeps ita mandarit, ut delegare liceat) *d. l. i. de Offic. ejus* quam minus recte ad judicium Legis Juliae de vi restringere videntur. *Obrecht. c. 4. & Bocer. c. 6. §. 22. vid Vin. c. 3. §. 2.* Huic addunt *Dd.* morbum per *l. 8. §. ult. junct. l. seq. de procurat. pr. Instit. Per quos ager poss. l. Non solum ff. de Excus. tut.* quod par absentiae & in valetudinis sit ratio. *Diss. cum Fulgoso Gentilis d. l. & Wissenb. ht. per d. l. i.* ubi sola absentia ex primitur: deinde nec eadem ratio subest per *l. 2. §. 7. de vacat & excus. mun.* nec argumentum à pari vel majori ad minus in iis, quæ specialiter lege deferuntur, admittunt. Sane quia *Dd.* de tali loquuntur morbo, qui prohibet officio fungi, *Bach. hic.* recte ab iis idem statuitur, licet *LE.* non sit expressum, civiliter enim censetur abesse. *Dd.* exceptio in eo cui Princeps specialiter causam criminalem expediendam commisit *ex l. unic. C. Qui pro sua jurisd.* vix probatur. Ea præterquam, quod nullam criminalium causarum faciat mentionem, commodissime referri potest ad magnam varietatem causarum civilium, & ad eas, quæ suâ naturâ sunt delegabiles, ut ex *Cyno, Saliceto, Obrecht, Muscornio* refert *Bach. hic.* simulque addit liquidissimâ probatione esse opus, ut abeamus à communi ratione juris. Aliud est si Princeps concessio mero imperio expresse mandandi potestatem dederit *Sigon. lib. 2. de Judic. c. 4.* quo casu non solum cognitionem sed & executionem ad mandatarium transire contra *Hilliger. ad Donel. 17. c. 8. lit. Ddd.* verius existimamus, tum quod exceptiones sint de regula, tum quod etiam extra casum absentiae cognitio sola potuerit mandari *l. 6. pr. de Offic. Procons.*

14. Haftenus de jurisdictione (vocabulo ex usu hodierno generaliter sumpto) Romanorum, de quâ multi multa literis consignaverunt: jam vero de modernâ Imperii nostri; quam qui solâ juris Romani scientiâ fretus evolvere conatur, oleum & operam perdere & de asino lanam quærere dicitur *And. Knichen in Praef. de Jur. Territ. Mevius p. 4. decis. 290. n. 7.* Multa ex iis temporis antiquavit vetu-



itas, plurima Imperii immutata forma. *Mastert. de Jurisd. q. ult.* ex totius pene Europæ moribus jurisdictionem aliam altam, aliam mediam, imam aliam esse tradit: Germaniæ moribus magis convenit bimembris illa divisio in civilem & criminalem seu altam & bassam. *Obergericht Peinlichegerichte / Halsgerichte / Blutban / Malefizrecht und Erb oder Niedergericht / mittelbahre Untergerichte.* *Paurmeist. de Jurisd. l. 1. c. 18. n. 8. Reink. de R. S. & E. 2. 2. 17. 43.* quæ tamen species ubique locorum non æqualiter definiuntur *Paurmeist. d. l. Carp. 2. de Proces. 2. 1. 63.* & iterum communiter in suas partes seu gradus fecantur. *Dn. Lauterbach. Ex. 5. conclus. 1.* quare ex cujusque loci consuetudine, privilegiis, ordinationibus id explicari debet. conf. omnino *Wehner. Obs. Pract. verb. sent.* Quæ veropane ad hanc vel istam jurisdictionem pertinent in Saxonia expressâ constitutione est determinatum *Berlich. p. 1. concl. 1. §. 11. Carpz. prax. Crim. p. 3. q. 109. §. 31. & seq.* quam magis declararunt Scabini Lipsienses Responso ad Senatum ejus loci anno 1620. quod una cum constitutione adducit *Author dex Inquisition Process. tit. 1. art. 1.*

15. Et hæc jurisdictio, si totum imperium ut unam civitatem consideres, olim quidem penes solos Imperatores erat, progressu vero temporis imminutâ paulatim eorum potestate, circa istam quoque sensim Cæsaribus multum perijt, adeo ut Status jam non minus in jurisdictionis, quam Majestatis aliorum jurium communionem admisi sint, quamvis in istâ adhuc eminentiori quadam gaudeat potestate restantibus judiciis Aulico & Rothwilensi. Ita sentit *Author dex Gründlichen Unterrichts*: contra quem pro Cæsarea autoritate magnopere nititur *Paurmeister. 2. de Jurisd. 6.* ubi multas suæ sententiæ approbatores laudat §. 89. & seq. accuratius *Lampadius de Rep. Rom. Germ. c. 16.* Illi ad jura Romana, hic ad Capitulationem quasi Cæsari soli relictum censeatur, quod ibi non sit ademptum, confugiunt. Sed prius refutatione non indiget; nec posterius aliter est verum, quam si æque quod tacite communi illa formulâ de juribus & consuetudinibus Statibus competentibus conservandis, ademptum intelligas. Et ipse *Lampad. d. l. fateri cogitur §. 8.* Cameram quoad subiectum, formam & modum expediendæ jurisdictionis communi Statuum & Cæsaris autoritate constitutam & eorum consensu *Camerales*



merales institutos & jurisdictioni potestatem accipere. Sane vel unicum visitationis & Revisionis remedium sat clare hanc Ordinum potestatem demonstrat. Pluribus hanc sententiam accuratè defendunt *Hippol. à Lap. part. 1. c. 10. & Clar. Conring. Dissert. de Judic. quos non exscribo.* Et ita senserunt ipsi Assessores Camerae in causa *Borch* contra *Brandenburg* & *Gulich* contra *Holter* / uti observat doctissimus quidam Assessor Anonymus *Observat. 114. §. 9.* Hæc Jurisdictio exercetur per Cameraam Spirensis. In aulico Judicio ut & *Rothwilensi* magis adhuc antiqua Cæsaris elucet potestas.

16. Quo ad principatus & membra istius corporis jurisdictionis est annexa; ita ut singulis Statibus ratione territorii sui competat, non quidem cumulative sed respectu Imperatoris privativè, quia eos in exercitio regulari istius impedire nequit *Coler. de Procef. Execut. 2. §. 129.* omnis namque jurisdictionis per contractum quæsitæ quoad transferentem privativè est intelligenda *Menoch. 2. presumpt. 18. §. 13.* quemadmodum in specie de concessione feudali ex receptâ *Dd.* opinione tradunt *Hartm. Pistor. p. 2. l. 2. q. 45. Moll. 4. Semestr. 46. §. 10.* vocaturq; die *Landes Fürstl. Hohe Obrigkeit* / vel in Civitatibus Imperialibus die *Landes Hohe Obrigkeit* / hinc imperitè Romanis Magistratibus comparantur, utpote quorum functio & potestas momentanea erat, precaria ex Cæsaris arbitrio dependens *Bodin. de Rep. 3. 5. Knich. de Jur. Territ. c. 1. n. 57.* Statuum, autem propria perpetua & ad hæredes transitoria *Knich. n. 338. & seq. confer Mingium de Jur. Territor. & Hahn. hic n. 7. differentias eorum recensentem* Hanc rursus in suos subditos per investituram vel aliam concessionem transferunt, ut feudo vel castro coherentem *Bocer. c. 8. n. 6.* vel sine iis ratione officii, ut apud veteres competentem; de quâ verum est eam personæ coherere *Ord. Crim. Car. V. art. 2. verb. Ihrer Güter wegen:* quo spectat ante adducta jurisdictionis in altam & bassam distinctio: Hinc plures prognatæ quæstiones, quas si jus nostrum spectes absurdissimas vocat *Gentil. 3. 18.* utiles tamen & necessarias ex moribus nostris. Concesso castro cum jurisdictione, mixtum & merum imperium censetur translatum, si illi hæc antea fuere annexa dominusque ita tenuit & usus fuit, *Bach. ad Tr. 1. 3. 6. F.* Alias merum Imperium

NON



non transit, licet sub elogio omni modæ & plenissimæ jurisdictionis sit concessum. *Wier belehnen dich mit diesen Flecken sampt allen Gerichten.* Stricti enim juris pronunciantur investituræ ab *Alvarott. in C. 1. de feud. cognit. & aliis, quos citat Vult. de Feud. l. 7. §. 92.* nisi circumstantiæ rei & habitus personæ aliud svadeant, eatenus dissentientibus accedo. *Bach. ad ht. p. 372.*

17. Præscriptionem quoque inter modos acquirendi jurisdictionem referunt Interpp. sed absque juris civilis subsidio, cum præscriptio saltem circa ea versetur, quæ in patrimonio sunt privato: Jure tamen Canonico & consuetudinario nil vetat præscriptionem currere longo tempore sive cum territorio sive citra illud consideretur *l. 12. in fin. C. de præscript. long. temp.* Nec officit *l. 8. C. de divers. off. & apparit. lib. 12.* quæ de consuetudine saltem loquitur: aliter *Bach. in not. ad Wesenbec. ht. lit. M. Habnius ibid.* longo tempore quidem prorogari ad alias personas & causas, non vero noviter acquiri jurisdictionem asserit. Idem de mero Imperio est dicendum: Negatur de jure civili, quia in bonis non erat *arg. l. 2. §. 3. de 6. 7. l. 3. ad L. fil. Majest. nec ulli competeat, nisi cui specialiter erat concessum l. 1. de Off. ejus* Quæ ex *l. 12. C. de cohort. lib. 12. §. l. S. ht.* in contrarium adducit *Accursius* refutat *Obrecht. c. 4. n. 19.* Affirmatur ex moribus *Obrecht. d. l.* quo modo Collegium Juridicum Helmstadiense sæpius respondisse tradit *Habn d. l.* Excipiuntur Regalia, de quibus præjudicia apud *Carpzov. Jurispr. For. 2. 3. 24. & seq.* Hoc ulterius observandum jurisdictionem seu imperium præscriptum non extendi ab uno casu & gradu ad alium, sed tantum intelligitur præscriptum, quantum possessum, cujus tamen limitationem vide apud *Wesenbec. ht. n. 12.* Ubi etiam de Jurisdictionis probandæ modis. adde *Habn. ibid.* Testes hic licet singulares probant, modo ad eundem finem deponant. *Ludwel. ibid.* ubi perperam *Wesenbecium* cum *Dd.* collectarum exactionem ad actus jurisdictionales referre demonstrat, cum ad regalia pertineant; quamvis negari non possit aliquando etiam ratione jurisdictionis civilis & ordinariæ vermög der Voigtdeyllichen Obrigkeit eas imponi. *Habn. d. l.*

18. Vis & effectus jurisdictionis consistit in remediis pro illâ competentibus & exercitio: Remedia sunt vel possessoria vel petitoria.



ria: *Possessoria*: ut utile interdictum uti possidetis: unde vi: poses-  
 forium summariissimum: item remedium *cap. redintegranda 3. q. 1.*  
*& c. sepe de Restitut. spoliat.* qualia hodie videmus per mandato-  
 rum processus expediri. Turbato aliquando etiam datur vel inju-  
 riarum actio, vel de pace publica querela, si armata manu hoc sit fa-  
 ctum, de qua *Gailii integer tractatus.* *Petitoria* sunt, actio Confes-  
 soria & Negatoria utilis ex communi Interpp. sententiâ *arg. l. 9. §.*  
*2. de dam. infect. & l. 2. de arbor ced. Oldend. Class. 5. art. 3. & 4.* qui-  
 bus non obstant, quæ *Vaud. 2. q. 27.* in contrarium adducit. Facile  
 conceditur ex jure Romano has actiones Magistratibus solum exer-  
 citium habentibus non competiisse. *Bach. ht. p. 420.* Exercitium ex  
 sequentibus titulis hujus libri secundi patescit, producitque quate-  
 nus hoc in alieno territorio licet, jus in re admodum servitutis.

19. Cæterum pro tuendâ jurisdictione ulterius pœnale com-  
 petitur, cujus gratia certa hic subjecit Prætor edicta, & ne  
 iniquum jus dicatur vel impetretur. Primum est de Albo corrupto.  
 Nam si quis id, quod jurisdictionis perpetuæ causa, non quod prout  
 res incidit in albo vel in charta vel in aliâ materiâ propositum fue-  
 rit, dolo malo corruerit, datur in eum 50 aureorum judicium (ita  
 in multis Codicibus legi notant *Glossa, Accursius & Ruffardus*, quos se-  
 quitur *Haloander & Schneid. ad §. 12. Inst. de act.* quia indubio sem-  
 per benigniorem sententiam sequi debemus, maximè in pœnalibus  
*l. pen. de pœn.* Florentinus habet 500 qui à Græcis probatur in *l. pen.*  
*de fals. & à Cujacio 10. O. 10. & Bach. hic ad l. 7.* defenditur, cum hic  
 non leve sit delictum) Idque populare est, & tam servos quam fi-  
 lios fam. comprehendit, quam etiam cæteros homines *l. 7. cum duab.*  
*seqq. ubi Dd. ht. Duar. lib. 1. Disp. c. 48.*, nec unius ex pluribus de-  
 linquentibus solutio cæteros liberat, sed singuli in solidum tenen-  
 tur *d. l. 7. & 9. b. l.* ob Majestatis contemptum, quique hic censetur  
 magis esse perspicuus, quam in aliis delictis. *Aliatus ad d. l. 9. &*  
 quod plura ad sint facta, quæ pro uno non habet Prætor, ut in fur-  
 to *Bach.* adeoque ut si omnes dominus noxæ dedere nolit, vel liberi  
 solvendo non sint, corporalem coercionem subeant *l. fin. de in Jus*  
*vocan d. l. 35. de Injur. C. finem X. de dolo & contumac.* Illud mirū, quod in *d.*  
*l. 9.* dicitur, idem esse in *L. Aquiliâ contra l. 32. ad L. Aquil. Resp.* Alii illud  
 ultimum, quod dedamno dicitur, in sequentibus corrigi, vel esse compa-  
 rationem



rationem non decisionis, sed rationis decidendi, vel quod illa æquitas  
 extensa sit ad damnum L. Aquiliæ obfortiorē rationem. vid. *Dn. Tabor*  
*ad Tit. Furt. advers. Naut. ibes. 21. Hottom. Illust. 34.* veram antinomiam  
 hic statuit; quo cum facit *Wissenb. ad bt. §. 40.* Dubium videri po-  
 terat, quo modo Prætor aliquid proponere possit perpetuæ jurisdic-  
 tionis gratia, cujus imperium annuum erat: aut quo tempore  
 Edicto perpetuo per Hadrianum jam introducto edicendi Prætori-  
 bus non amplius fas erat. De his consule *Bach. hic ad dl. 7. & Hahn.*  
*ad Wesenb. n. 13. Coras. 4. Miscell. 6.* Album hic viri non indocti  
 malè interpretantur parietem dealbatum *Coras. 4. Miscell. 6.* quam-  
 vis negari nequeat prætores in tabulâ dealatâ edicta sua proposuif-  
 se, unde forsan hoc nomen profluit. Sexus nulla hic differentia §. 1.  
 utut in aliis delictis exculpationem mereantur mulieres, de quibus  
 vidend. *Carpz. de Jur. & privit. form.* Cæterum quæstio de mascu-  
 lis & fœminis quam prolixè hic Interpp. tractant non est hujus l. 7.  
 propria, sed pertinet *ad l. 1. de V. S. Duar. ad l. 7.* Rusticati tamen  
 & errori hic venia conceditur ut in aliis, de quibus *Tiraq. de pœn.*  
*temp. caus. 11. Jason. hic n. 32.* modo talis sit, quæ Magistratus con-  
 temptum non necessario inducit, tum *arg. l. 2. C. de in jus vocand.* tum  
 ex ratione naturali, quæ revereri Magistratum jubet *Bach. hic.*

20. Pœna cui applicanda inter Dd. non constat. Triplex e-  
 nim eorum sententia circa actiones populares. Fisco enim applican-  
 dam censent *Zaf. ad §. 12. Inst. de Act. Hillig. de Donell. 19. 1. lit. L.*  
 inter fiscum & actorem dividendam *Cujac. 10. Ob. 10. cui accedit We-*  
*senbec. hic n. 13.* qui tamen sibi ipsi minus constat, quia in prioribus  
 petitori adjudicat. Soli actori eam attribuunt *Gædd. de V. S. ad l. 12.*  
*n 15. Donell. ad pr. Inst. de Act. n. 12. Schneid. d. l. ubi hanc commu-*  
 nem esse testatur: quæ etiam præ reliquis admittenda videtur *l. fin.*  
*de Litigios. l. 3. de Sepulch. viol. Non obst. d. l. 3. §. 5.* quia aliud in ci-  
 vitate sepelire, aliud alterius sepulchrum violare. *Ad l. 25. §. fin. ad*  
*S&S. Syll. vide Wissenb. ad ff. de Sepulch. viol. Ad l. 7. §. 1. de pop. act.*  
 quod qui has actiones habet non intelligatur locupletior *Resp. Gloss.*  
*ibid. & Donell. d. l. id verum esse ante L. C. nam post eam est locu-*  
 pletior & fit creditor, qui ante non erat. *d. l. 12. de V. S.* Ad relie-  
 quos textus, qui obijciuntur respondent *Gædd. ad d. l. 12. Bach. ad Tr.*

*hic*



43

*hic thes. 9. B. Bronch. cent. 4. assert. 69.* Bartolus hanc actionem extendit ad corruptores monumentorum, quæ in archivo publico sunt, ex ineptâ ratione, quia hæ scripturæ sunt perpetuæ: quod merito displicet *Duar. ad d. l. 7.* Forſan ex eadem ratione Dd. communiter ad librorum & picturarum in publicis locis repositorum corruptores. Alii corruptores aliter puniuntur. Litigans causâ cecidit *l. 45. §. 7. de Jur. Fisci.* Testamentum resignans vel prodens per injuriam falsi tenetur *l. 1. §. 1. l. 16. ad L. Cor. de Fals.* Programmata, citationes foribus templi vel collegii affixas tollentes aut corrumpentes arbitrariâ poenâ pro circumſtantiarum ratione, quia non ſemper perpetuæ jurisdictionis gratiâ ſunt, afficiuntur hodie *Menoch. cas. 281. Vin. ad §. 12. Inst. de act.*

21. Succedit alterum edictum, quod coerceat eum, qui jus dicenti non obtemperat. *l. unic. h. t. cujus ſenſum neminem hæcenus ſatis explicare affirmat Duar. l. Diff. 60. l. unic. §. 1. h. t.* Actio quæ ex hoc edicto descendit, eſt personalis, prætoris, annalis, popularis, tum quia contemptus prætoris hoc edicto vindicatur, ut ex *pr. h. t.* apparet: tum quod *in fin. eod.* expreſſe negatur, eam ad intereſſe partis competere: alias rationes ex *Wesenb.* hic collectas vide apud *Hahn.* Et hæc communis eſt Dd. opinio, quam probant *Cujac. 4. th. 25. Geddeus ad l. 12. de V. S. Gentil. de Jurisd. 1. 8. Baub. ad Tr. 1. 4. 9. D. E. Dissent. Wesenb. Trentlerus, Duarenus & Wissenbach ad dt. quæ datur Magistratui non tamen duum viris, (Lectioem non tantum Duum viris quam habet Perrenot. 1. Animad. 20. & Florentinus & Hetruscus codex rejicit) quia jus indicendi multas non habebant, non obſtantibus iis, quæ in contrarium afferunt *Cujac. ad l. 131. de V. S. Hunn. de Jurisd. p. 3. q. 3.* Argumentum eorum à majori ad minus ex *l. 29. §. 7. ad L. Aquil.* in jurisdictionis materiâ non procedere docet *Gentil. 1. c. 7.* ubi & reliqua *Cujacii* argumenta ſolide refutat. Poena, quæ hic inferitur non parenti, eſt inſtar multæ, quam irrogare municipales Magistratus nequeunt, uti probat *Bach. ad tit. de Jurisd. cap. de Imper. mixto.* Sufficit, ſi alio modo contumaces coercere poſſint. *Merill. lib. 1. Variant. ex Cujac. c. 6.* actori in reum & reo in actorem hanc actionem dat; cui reſpondet *Hahn. ad Wesenb. hic n. 4.* Et quia popularis datur etiam cuilibet*



alii quam Magistratui, & quidem *contra non facientem id, quod extremum est in jurisdictione*: hæc verba formalem inducunt rationem hujus tituli, quâ à reliquis, in quibus de contumaciâ litigantium, circa quam hic multa præclara quidem, sed extra causam philosophari Dd. conqueritur *Zafius in fin. bt.* agitur, est distinctus & variè à Dd. explicantur: communiter principium & medium per illud *extremum* intelligi volunt; quia contumax in quâcunq; judicii parte à judice multari potest, Sed hoc textui *d. l. unic. bt.* non convenit, ubi specialis, non quælibet coercetur contumacia: Ideoq; si quis Magistratui ad se vocanti non paruerit, non statim tenetur poenâ hujus edicti, quamvis multari ab eo possit. *l. 2. Si quis in jus voc. non jer.* multo minus hic intelligitur executio, quæ latam sententiam solum subsequitur. Vix enim actoris contumaciam hic invenies, quæ tamen æque ut rei in hoc edicto coercetur *S. pen. bt.* quamvis rarius accidunt casus, quibus iste hoc edicto tenetur *Cujac. 24. O 25.* Potior eorum opinio, qui illud interpretantur contumaciam in jure sive judicio admissam, quâ judex prohibetur ulterius progredi: id est sive interlocutio sive sententia exitum suum nequit sortiri. V. g. Si bp. à judice decretam, vel rei ablationem, aut capturam pignorum non admiserit, restiteritque executoribus, aut si rem mobilem à se vindicari non est passus: secus si eam ferri aut duci patiatur. *S. 1. bt.* sic commode Jctus quidem explicatur, quamvis mancum & mutilum ejus sermonem hic esse facile *Bachovio ad bt. concedam.* Jctum tuetur *Wissenb. hic* & multis exemplis adductis *Duarenus 1. disp. 1.* quasi ad morem Græcorum loqueretur. *non ad id quod interest, sed quanti ea res est.* Neque circa hæc verba una est Dd. opinio. *1. disp. 50.* Glossa tres affert opiniones prima, quæ & ipsi verior *S. Alb. de Rosate* communis, est quod per verba *quanti ea res est.* intelligatur sumptus litis parti applicandi. 2. vera & tota litis æstimatio: quam opinionem licet fatuam appellet, ei tamen accurati adstipulantur Jcti *Duar. ad bt. S. n. disp. 60. Treutlerus, S. Bach. in Prot.* dum reum contumacem in hanc condemnant actori, cujus fortè nil interest, dum per calumniam movit actionem. Sed hoc multis argumentis falsum esse ostendit *Wesenb. hic S. 3.* Et exinde sequeretur contra *S. pen. bt.* actoris contumaciam hoc edicto non



edicto non puniri: vel si puniretur, ad reum tamen nihil pervenire, uti bene probat *Ummius de Process. disp. 6. §. 33.* utpote cui nil, nisi id quod interest, abest, ratione cujus vel ipse *Duarenus* reo denegat hanc actionem. 3. quanti in sententia jus dicentis est expressum, ut fisco detur: Sed nec hoc verum, si ita velit intelligi *Glossa*, quasi quantitatem pœnæ semper jus dicens adderet, utpote quæ postea sæpius æstimatur. Verissima est opinio *Zasii* hic ex generali rei significatione, quod ea verba denotent, quanti est offensio seu contemptus jurisdictionis, vel arbitrio Magistratus vel ad valorem rei petitiæ & duci jussæ æstimandus *Franzk. b. l.* Unde pœnalis hæc est actio & pœnam meram continet & proinde nec post annum nec in hæredem datur. Hæredi an detur inutiliter quæritur, quia est popularis. adde *Hahn. hic n. 3.* De aliis modis quibus contemptus Magistratus vindicatur *vid. Wesenbec. hic in fin. Blarer. ad L. Diffamari C. de Ingen. manum. c. 11. n. 10. Oldendorp. Clas. lib. 1. act. 2. c. 8.*

22. Quia autem accidit Magistratum sæpius in gratiam vel odium alicujus actionem exceptionemve dare, quæ alias deneganda foret, vel denegaret, quæ danda esset, aut captiosam judicii præscribere formulam & sic sua jurisdictione abuti, propterea Prætor hoc edictum proposuit, cujus duæ partes, una Magistratum, altera litigantes respicit; eaque parte manca nostra Rubrica est. Verba Edicti recitantur in *l. 1. §. 1. bt. cum quo videtur convenire illud Christi Salvatoris quod tibi non vis fieri alteri ne feceris c. 1. dist. 1.* Summa ejus est æquitas *l. 1. pr. bt. Oldend. class. 1. art. 1. Wesenbec. hic n. 12. §. ult.* & rationi naturali consentaneum. Hinc nota dictum *Catonis* in moralibus distichis: *patere legem, quam tu ipse tuleris*, ex quo descendit actio personalis in factum prætoriam ex delicto quodam, quod reddendo vel impetrando jus novum committitur. *l. 2. junct. l. 3. §. 2. & seq. l. ult. bt. quæ datur omnibus ex novo jure legis. novum id est iniquum l. 3. pr. bt.* Græci Interpretes verterunt *ἀδίκον Wissenb. hic §. 2.* ubi recte eorum opinionem absurdam statuit, qui interpretantur illud *Reg. Catonianam* non pertinere ad novas leges, id est iniquas. *Bart. in l. ult. de Reg. Caton.* Nostris moribus novum jus dicitur, quod contra jura in Imperio recepta per sententiam aut statutum fit. Jus dicitur respectu Magistratus etiam si inique decernat. *l. 1. de J. & J. aut similem causam habentibus*



*ribus l. 3. §. 2. bt. Glos. & fere omnes teste Bart. hic, restringunt*  
 hoc ad casum, quo quis jus iniquum universaliter contra omnes pe-  
 tit, ex eâ ratione, quod res inter alios acta, aliis nocere negetur.  
 Resp. Huic solum qui impetravit non aliis nocet, sed prodest. *Zasius*  
 pluribus hanc sententiam confutat. confer *Bach. hic*. ubi etiam *Fabri*  
 rationem quasi publice deliquisset, falsam esse probat: quia alias  
 omnia omnino delicta publica erunt. adde *l. 7. C. de R. V.* cui tamen  
 hæc præprimis placet, quod sic sæpius impunitum maneret deli-  
 ctum impetrantis vel concedentis, si forsan inter utrumque nulla  
 actio moveretur. *Adversarius in d. l. 1.* etiam is intelli-  
 gitur, quicumque postea Magistratui adversus futurus est. *Duar.*  
*1. Disp. 49.* quod ex subjectis in fine edicti verbis: *Scilicet ut quod ipse*  
*& c.* constat, sive ad edictum pertinent, sive Ulpiani sint & male ipsi  
 addantur, ut putat *Hott. hic & lib. 8. Obj. 15.* Non quidem propterea  
 actio quædam ordinaria istis competit, uti *Hahn. & Dn. Struvius hic*  
 & textu & ratione destituti statuunt; sed implorare coguntur officio  
 um judicis; quod toties oritur & non actio aliqua, quoties lex vero  
 ba refert ad judicem & non ad partem *Wesenbec. p. 1. Cons. 7. §. 7.*  
*2.* probatur hoc ex *d. l. 1. §. 1. bt.* ibi adversario postulante *junct.*  
*arg. ex l. 1. §. 2. de postul.* 3. crimina extraordinaria, quale hoc est,  
 extraordinariam producunt persecutionem. *contra Magistratum ex*  
*priori parte l. 1. §. 1. bt.* cujus exemplum in Marco Lucinio refert,  
*Val. Max. lib. 8. c. 16.* hic non distinguitur urbanus, provincialis an  
 municipalis sit, jurisdictionem habeat proprio an alieno nomine  
*Hahn. ad Wesenb. hic. n. 2.* ubi hodie idem contra omnes, qui reipub.  
 regendæ præsumt, observari statuit, non vero singulos ex populo,  
 nisi & hic consenserit *Oldendorp. d. l. arg. l. 3. §. 1. bt.* *Non vero pa-*  
*træm,* cujus filius Magistratus jus novum statuit *l. 3. §. 4. bt.* subest  
 hic factum delicto simile, in quo pater & filius pro unâ non haben-  
 tur personâ *arg. l. 22. C. de pen.* Exceptio est, si non Magistratus frau-  
 de, sed Assessoris imperitiâ jus novum dictum sit, id enim non Magi-  
 stratui nocet, sed ipsi assessori *l. 2. bt.* quæ verba male ab imperita  
 manu adjecta expungit *Faber. Bach. ad d. l. 2.* ) qui quodammodo  
 Magistratus pars, cujus imperitiâ lata culpa est, quia peritiam pro-  
 fitetur: istam enim æque ut dolum edictum continet. Ex hoc de-  
 fendunt multi, Doctorem & Advocatum eo jure uti debere, quod in  
 consi-



consiliis probavit: quod verum per notata *Zasii hic*, si dolo fuerit datum. Exceptio quoque est in eo, qui primum retorquenti jus iniquum dicit: *l. ult. ht.* hic magis jus defendit exequendo edictum, quam quod novum statuatur. *Contra litigatorem tale quid impetrantem ex posteriori parte.* qui postulatione sua impetravit saltem ut uteretur, licet non fuerit usus *l. 3. pr. ht.* Sin ergo non impetravit, sed usus saltem est, non tenetur, ex jure oppositionis quæ in illo textu est. Quod *Zasius* hic recte explicat si motu proprio alicui concedatur. Differentiam prioris & posterioris capitis hujus edicti sumunt hic *Duar. ht.* *Oldendorp. d. l.* quasi Magistratus non teneretur ex eo solo quod statuit, modo effectus non insequatur, *l. i. §. ult. ht.* Secus in impetrante *d. l. 3.* ubi notat *Gorhof.* affectum ibi puniri sine effectu. Verum *Bart. ad d. l. 3.* quem sequuntur *Bach. & Wissenb.* hic sola concessione & impetratione delictum consummatum, nullamque differentiam esse recte putat, ita ut hæc inter se sint comparanda, petere tantum, seu velle impetrare & velle statuere: statuere & impetrare. Et sic in *d. l. 3.* non in nudi conatus terminis res subsistit, sed ad effectum pervenit, Neque *l. i.* huic obstare probant, quia ibi aut nulliter statuit inter non subjectos, aut omnino nihil statuit extrinsecus impeditus, eorumque hæredes *d. l. 3. §. 5.* propter abusum juris, & quia contra actiones defuncti hoc jus jam aliis est acquisitum. Conf. hic *Jacob. Gorhof. ad l. 38 de R. l.* cui ferè consentit. *Beckov. ad d. l. 3.* *Wesemb.* hic tres affert distinctiones, quarum ultima recte displicet *Habnio ibid.* *Lud. Vellii* ad eundem allatam rationem vel ipsa verba textus rejiciunt *Oldendorp. d. l.* putat, ob publicam utilitatem *d. l. 3. §. 5.* non contineri sub regulâ *l. 33. de O. & A. l. i. c. ne ex delict. defunct.* quamvis ex delicto defuncti detur: quod eum facit *Voltrab. ad h. l. fideiussorem*, cui non prodest exceptio pacti debitoris cum creditore, si iste jus iniquum impetravit, ne debitores adversus se exceptione utantur. Nec attenditur, quod ita ex accidenti evenire possit, ut fidejussor in damno moretur, si fortè reus non sit solvendo, Si vero fidejussor impetret, reo salva erit exceptio *l. 3. §. 3. ht. ibiq; Bach. procuratorem in rem suam* id est, cessionarium, non vero simplicem, licet ex mandato id fecit *d. l. 3. §. 1.* Non obstat, quod doming fuerit litis, quia hoc edictum eum tantum vult teneri, ad quem utilitas inde pervenit, non qui ministerium suum saltem præbuit *Bach. Tutorem & Curatorem d. l.* quorum delictum pupillis nocere non debet, ad subeundum idem jus, quod statutum vel obtentum fuit. *l. i. §. 1. l. 3. §. 2. & seq. l. ult. ht.* ad eundem modum *Cicero ad Q. fratrem* scribens, inquit: Quæ in Magistratibus injuriose decreverint, eodem ipsis privatis erit jure utendum, unde nostri edicti antiquitas apparet Verum hæc quidem de jus dicente. Judex autem, qui dolo vel imperitiâ male judicavit, litem suam facit, quoniâ in eum litis damnum transfertur *l. 5. §. si quidem d. O. & A. l. ult. de Extraord. cognit. l. 15. de lud.* non tantum in iis actionibus, quæ competebant, ut cum incidere in edictum, sed & in postea quasita, *d. l. 3. §. 6. ht.*





23. Ex hoc edicto hodie defenditur jus, quod vocatur retorsionis seu talionis, cujus diversa exempla apud *Hahn. hic n. 5.*

24. Finitur jurisdictio ordinaria morte eam exercentis, etiam male & non utendo, ita tamen ut alter simul præscribat *Bach. ad tit. de Jurisd. infir.* Qui justitiam denegat, male eam uti, recte dici potest, quam vis potius non utatur. *Cast. l. 1. O. 28.* quomodo ob nimiam crudelitatem *Carpe. J. Resp. 53. §. 11.* In singulis vero causis instantiâ vel lite finita aut judice recusato *c. 2. de Off. deleg. in 6. c. cum persona de privileg. in c. e. 14. x. eod. l. 13. l. 16. C. de lud.* Delegata vero morte tam delegati, quam delegantis *c. pen. de Off. delegat. revocato mandato cap. 25. eod.* aliisque modis *d. cap. pen. junct. cc. 19, o. 30 eod.* Mandata mandati revocatione *arg. l. 58 de ud. junct. l. 6. §. 1. de Offic. Proc. cap. 10. x. de Off. delegat.* etiam post L. C. quia mandanti nunquam desinit res esse integra, nec mandatario aut partes quicquam prætere posse. Et ideo *Bach. d. l. arg. a mandato rei private ad mandatum jurisdictionis procedere secundum quid l. 6. de Jurisd.* sed non simpliciter recte putat: Morte mandantis, modo res adhuc sit integra *l. 6. h. antequam judex sit aditus & judicium captum. l. 18. eod.* quod sit per solam citationem. *§. ult. Inst. de perpet. & temp. act. C. gratum 20. de off. deleg. per quod cap. relatum 19, eod.* quod L. C. requirit, censetur esse correctum; unde illud circumfertur de *Azone*, quod *cap. Gratum & Relatum Azonem* fecerint vituperatum, quod non observato *cap. 20. ex 19.* responderat, ex sola L. C. demum perpetuari, ut loquuntur, delegati jurisdictionem, quem tamen excusare vult *Bach. d. l.* Prorogata jurisdictio an pœnitentiâ finiatur ex *l. 18. de Jurisd.* minus recte quæritur; utpote cum ex *§. 8* constet sola partium conventionem jurisdictionem non prorogari, & propterea usque dum judex sit aditus & jurisdictio eo modo prorogata pœnitere licet: quod enim non est, non potest finire. *O. l. pen. C. de pact.* quæ vult, ut renuncians præscriptioni fori suæ stet renunciationi. Variæ hæc leges conciliant *Dd. Duar. in dl. 18.* putat eam esse per *dl. pen.* correctam *Cujacius Tract. 7. ad Afric. in dl. 18* eumque; secutus *Raguellus in dl. pen.* distinguunt inter conventionem nudam *l. 18.* & non nudam contractui fors in continenti adjectam *l. pen.* Sed quia nec stipulatione inducitur prorogatio, multo minus tali pacto adjecto. *conf. §. 8. hic Coras. 4. Misc. 5.* explicat *l. 18.* de utriusque dissensu; quod & *Vissersb. in d. l. pen.* placet Sed hæc explicatio licet ferri possit, à mente tamen *J. Cti* viderur esse aliena: qui inanem hic potuisset dubitationem. Certum enim est ex *l. 27 §. 2. l. 58. de pact. l. 12. C. eod.* pactis contrariis priora pacta tolli. Nec judex quenquam potest compellere, ut pote qui nondum est aditus neque pro judice agnitus. *Gloss. Bart. Jason. Zasius in l. 18. Salicet in l. pen.* quos sequuntur *Vult. in l. 1. C. de Jurisd.* *Bach. hic* rectius distinguunt, an quis omnino non sit subditus, an quidem sit, sed privilegio munitus, quo declinare possit jurisdictionem, & ad illum casum referunt *l. 18.* ad hunc *dl. pen.* quoniam ibi fundata quasi est jurisdictio. Hinc sicut tatus compareat, deque suo privilegio excipiat, replicatione videbit exceptionem suam elidi.











ULB Halle  
005 972 221

3




10 17











DISPUTATIO PANDECTARUM

prima

De

NATURA JURIS-  
PRUDENTIÆ ET  
STATU PERSONARUM.

quam

PRÆSIDE

MAGNO WEDDERKOPF,

D. P. P. & Collegii Juridici

h. t. DECANO,

publice proponet

GOTFR. PROSPER. JOH. HEIDEN

Ravensburgo Westphalus.

ad d. Decembris.



[KILONI,

Typis Joachimi Reumanni, Acad. Typogr.

20

1672

de Jurisdictione

6

35

